DISSERTATIO IVRIS PVBLICI INAVGVRALIS

DE IVRISDICTIONE MARESCHALLORVM IN SACRO ROMANO IMPERIO,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

QVAM
AVSPICE DEO
EX
DECRETO ET AVTORITATE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN PERANTIQVA ERFORDIENSI ACADEMIA
PRO
OBTINENDIS SVMMIS
IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBIICIT

AVCTOR
IOANNES ANTONIVS KVHN,
ISNACENSIS.

DIE XXX. IANVARII cIↃ IↃCC XXXVIII.

ERFORDIAE,
Typis IO. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

ALL' ECCELLENZA IL-
LVSTRISSMA

DI

HENRICO

DI BRV̈HL

CONTE DEL SACRO ROMA-
NO IMPERIO MINISTRO DI STATO
E DEL CABINETTO SORINTENDENTE DEL-
LA CAMERA DI FINANZE E DELLE CONTRI-
BVTIONI DI SVA MAESTA IL RE DI POLO-
NIA &c. ED ELETTORE DI SASSONIA &c. CA-
VALLIERE DEGLI ORDINI DELL' AQVILA
BIANCA E NERA
&c.

Digitized by Google

ECCELLENZA ILLVSTRISSIMA

CONTE CLEMENTISSIMO,

Essendo io più che perſuaſo del ſingolar favor, *che* V. E. ILLVSTRISSIMA *porta verſo gli amatori delle lettere, mi piglio fidanza, che* LEI *non prenderà in mala parte, s' io ardiſco di conſecrarle un parto imperfetto della mia Muſa tenerella*

Digitized by Google

nerella come un ſacrificio del mio profondiſſimo riſpetto, col quale riveriſco il ſuo nome illuſtriſſimo e celebratiſſimo per la fama del gran merito de' divini talenti tanto della natura, quanto della arte. E *certo l'* E. V. ILLVSTRISSIMA *hà tali rariſſime ed eccellenti qualità accompagnate da una eſperienza molto ſingolare, illuſtrata da molti viaggi in ſervitio publico, ch' ogniuno quelle ponderando è recato ad una veneratione interiore ed ad un ſilentio pieno d'ammirazione. La ſavvezza nel conſigliare, la prudenza nel provedere il ben dello Stato; l' eccellenza d' uno ſpirito penetrante ed eſſercitato negli affari di ſtato i più delicati ed imbrogliati, ch' il mondo ammira nell'* E. V. ILLVSTRISSIMA; *l' innata benignità unita con una aria gentile ed una nobile ſchiettezza del cuor; la ſingolare humanità, che l'* E. V. ILLVSTRISSIMA *dimoſtra nelle ſue attioni, per*

la

*la baſsezza della mia offerta ſapendo pur trop-
po, ch' il mio ſcritto, quanto all' elaborazzio-
ne, non è degno d' eſſer ricevuto ſotto la ſua
tutela, mentre mi baſti, purche l'* E. V. ILLV-
STRISSIMA *ſi degni d' accettarlo come un ſe-
gno della mia ſommiſſa divotione per aſcrivir-
mi nel regiſtro de' ſuoi fedeli ed ubedientiſſimi
ſervidori. Sù queſta ſperanza mi profeſſo con
ogni dovuta ſommiſſione*

DI V. E. ILLVSTRISSIMA
CONTE CLEMENTISSIMO

Iſnaco
Il diè 20. Gennaio
1738.

Humiliſſimo ed ubedientiſſimo
ſervidore
GIOVANNI ANTONIO KVHN.

Digitized by Google

SECTIO I.

DE ORIGINE ET DIVERSIS GENERIBVS MARESCHALLORVM IN SACRO ROMANO IMPERIO.

§. I.

De variis auctorum opinionibus circa originem vocabuli mareſchalli.

QVo magis vel leuis quidem poſcit argumenti alicuius explanatio, vt primum omnium in verborum paullo curatius inquiratur notionem; eo haud raro difficilius verae eorum erui ex antiquitate queunt origines. Documento nobis erit, quod Diſſertationis noſtrae exhibet inſcriptio, mareſchalli vocabulum. Namque eius vtique origo propter antiquitatem perquam obſcura eſt, quem ad modum variae variorum ea de re coniecturae ſatis ſuperque declarant. Sic quidam, quos inter *Gilles* BOILLAV a), huius vocabuli originem repetunt a *Marte* genti-

 lium

a) En ſes annotations ſervans a plus ample intelligence de la guerre d'Allemagne lit. M. *Marſchalk*, dit il, *vient de Mars Dieu des batailles & de ſchalk, qui ſignifie fin, entendu & ruſé quaſi pour dire fin & entendu aux affaires de Mars* &c. citante *LIMNAEO iur. publ.* Lib. III. c. X. §. XX.

lium belli numine & *ſchal* ſeu *ſchalk*, quod hominem callidum ipſis denotat; Alii e quorum numero *Adrianus* TVRNEBVS b) hoc verbum a *mar* quaſi maior & *caballus* i. e. equus originem ducere opinantur, ob eamque cauſam mareſchallum per maiorem equitatus interpretantur; Alii iſtud vocabulum deriuare conantur a *mar* i. e. maior & *ſaal*, quod aulam ſignificare volunt, ita vt ex eorum quidem ſententia mareſchallus quaſi *mareſaliſcus* i. e. maior in ſala ſeu aula Praefectum aulicum denotet c); Alii in alia omnia eunt d).

§. II.

De vera Etymologia voc. mareſchalli.

At miſſis his ceterisque inſulſis plerumque conjecturis vocabulum mareſchalli a) Germanicum atque ex *mar* ſeu *marach* equus b) ac *ſchalk* ſervus, miniſter conflatum eſſe cum *Io. Georg.* WACHTERO c) aliisque a PFEFFINGERO d) citatis adfirmare non dubitamus e): Explicationem autem Wachteri,

b) *Aduerſarior.* Lib. XXVIII. c. 11. p. m. 1046.

c) vid. *CARPZOV. ad L. Regiam* Sect. VI. c. X. n. 24. p. 249.

d) Conf. autores a Dn. ab *HAVGVVITZ* Tract. de *Regni & Aulae Mareſchall.* p. m. 4. ſeqq. & Dn. *ESTORE* Commeut. de *Miniſterialibus* cap. I. in not ad §. XLI. p. m. 53. citati. Hinc *Io. Chriſtoph. VVAGENSEILIVS* in tanto autorum conflictu rem extricare neſciens ſuam huius de vocabuli origine ſententiam exponere minime auſus eſt, vid. Comment. eius de *S. R. Imp.* officialib. cap. VIII. §. 11. p. 50.

a) Quod varie ſcribitur apud *SPELMANN.* in *Gloſſar.* ſub voc. *Mareſcallus* p. 399. *Mareſcallus, Maraſcalcus, Mariſcaldus* & *Marſcalcus.*

b) vid. *Leges Alemannic.* apud *Steph. BALVTZIVM* Tom. I. *Capitular.* p. 77. ibi: *etſi talem equum inuiolauerit, quem Alemanni* marach *dicunt* &c. hinc *marſtall* ſtabulum equorum.

c) In *Gloſſar. Germanico*, quod an. 1736. Lipſiae prodiit ſub voc. *Marſchall.* p. 1053.

d) *Vitriar. Illuſtrat.* Lib. I. Tit. XIV. §. XI. lit. b. Tom. I. p. m. 1095.

e) Huic quoque deriuationi autor ſcripti, quod legitur in *FABRI Staats-Cantzley* Tom. XXXIII. p. 681. ſubſcribit atque ex hoc aliisque fundamentis

Digitized by Google

teri, qui primam huius vocabuli, id quatenus aulae ſignificat magiſtrum, ſyllabam non a mar *equus*, ſed mar i. e. *maior* repetendam eſſe cenſet f), ita ut ex eius ſententia mareſchallus praefectum ſeruorum aulicorum denotet, merito in dubium vocamus, quippe cum ea, ſi fontes ſpectemus, alluſionem potius quam veram huius vocabuli notionem ſapiat, quem admodum ex ſequentibus patebit. Ceterum illud quidem ipſi facile largimur nihil referre ſiue *marſchall* ſiue *marſchalk* ſcribatur, ideoque reprehendendos eſſe, qui hic neſcio quid diſcriminis ſibi fingunt.

§. III.

Mareſchalli officium vi ipſius vocabuli niſi in equorum ſtabulique cura olim non conſiſtebat. Patet hoc ex legibus Alemannicis a) ibi Tit. LXXIX. §. IV. *ſi* Mareſcalcus, *qui eſt ſupra* XII. *caballos* i. e. equos *occidatur XL. ſolid. componatur.* Eodem quoque ſenſu occurrit mareſchalli vocabulum in legibus Salicis b) & quidem Tit. XI. *de ſeruis mancipiis furatis* §. VI. ita ſe habente: *ſi quis maiorem, infertorem, ſcantionem,* mariſcalcum, *ſtratorem* &c. *furauerit aut occiderit vel vendiderit valentem ſolid. XXV. ſolid. XXXV. culpabilis iudicetur.* Hic lex

Mareſchalli olim non erant, niſi ſtabuli Praefecti.

A 2

mentis probat ſupremam ſtabuli praefecturam Potentiſſimo Saxoniae Electori, quippe Archimareſchallo, competere eamque ob cauſam nullum ſeparatum officium *eines Ertz Stallmeiſters* conſtitui poſſe.

f) Eadem deriuatio, quae tamen fontibus minime reſpondet, probarur *HICKESIO Linguar. veter. ſeptentrional. Theſaur.* P. II. p. 96. ſub voc. *Mareſchal.*

a) Apud *Steph. BALVTZ* loc. cit. add. du *FRESNE Gloſſar.* ſub voc. *Mareſcallus* Tom. IV. p. 535. edit. quae cura monachorum Ordinis S. Benedict. e congregatione S Mauri an. 1733. Pariſiis prodiit.

b) In originem legum Salicarum inquirit *CONRING.* de *origine iur. German.* cap. VII. p. 31 ſeqq. *Henr. COCCEI.* orat. de *lege Salica Godofr. Guilielm. de LEIBNIZ disquiſit.* de *origine Francorum* §. XVIII. quam *Io. Georg.* ab *ECCARD* commentario ad leges Salicas p. 249. ſubnexit. add. *RICHARDI* diſſ. de *Francor. Saliorum & Salicor. origin. & different.*

Digitized by Google

lex Salica ſtratorem diſtinguit a mariſcalco, hinc coniicit *Io. Georg. ab* ECCARDO c) hunc ſtabulo, illum vero equis ſternendis adducendisque Domino praefuiſſe, propptereaque eos inter ſe differre vt apud nos *Stallmeiſter* & *Sattelknecht* d). Officium hoc cum apud Germanos latine exprimendum eſſet Romanum illud Comitis ſtabuli vocabulum, quod poſtea in comiſtabilem e) degenerauit f), adhibitum eſt. Tantum autem abeſt, vt eius ideo origo a Romanis repetenda ſit, quem ad modum quidem putat THVLEMARIVS g), vt potius Germanicum mareſchalli nomen Germanicos huius muneris natales ſatis referat. Negari quidem nequit Reges Germanorum, cum regna in prouinciis a Romano imperio auulſis condidiſſent, multa ex Romanorum inſtitutis retinuiſſe, quis vero adſereret Germanos nec Stabuli Praefectos habituros fuiſſe, niſi eos Romanorum exemplum erudiuiſſet,

c) in Comment. ad h l. p. 31.

d) Hanc coniecturam iuuat *Paulus VVARNEFRIDVS* vulgo *Paulus Diaconus* dictus de *geſtis Longobardor.* lib II. c. XXVII. in *collect. ſcript. rerum Italicar. Ludouic. Anton. MVROTORII* Tom. I. p. 434. *Equus eius*, inquiens, *in portae medio concidens quamuis calcaribus ſtimulatus, quamuis hinc inde abs* ſtratore *caeſus non poterat eleuari.* conf. *Adrian. BEIER* de *inſtrument. opificum* cap. VI. §. XL. p. m. 60. ſeq.

e) Quae vox varie ſcribitur apud *SPELMANN Gloſſar.* ſub voc. *Conſtabularius* p. 145. *Conſtabulus, conſtaulus, coneſtabularius, coneſtabulus, coneſtablius, conoſtabilus, contoſtalus, coneſtalus, comeſtabilis, comeſtabulus &c.*

f) Teſtante *AIMONIO* monacho Benedict. de *geſtis Francor.* Lib. III. c. LXXI. apud *Marquard. FREHERVM corp. hiſtor. Franc.* P. II p. 338. cuius verba: *Leudegiſilus Regalium Praefectus equorum, quem vulgo* Comiſtabilem *vocant* &c. Idem quoque teſtatur *REGINO* Abbas Prumienſis in *annalib. Franc.* ad an. 807. apud *PISTORIVM collect ſcriptor. rerum Germanic.* p. 54. *Burchardum Comitem ſtabuli ſui, quem corrupte* Conſtabulum *dicunt, cum claſſe miſit in Corſicam, vt eam a Mauris defenderet, qui praedas illic exercebant.*

g) De *Officiis* cap. XVI. §. X. p. m. 190.

Digitized by Google

uiſſet, quippe cum illos quidem vel ipſius muneris neceſſitas ſatis admonere potuerit.

§. IV.

Vocabulum Mareſchall. procedente tempore praefectis bellicis tributum eſt.

Mareſchalli adpellatio Stabuli olim Praefectorum propria, qui variis nominibus a) a ſcriptoribus inſigniuntur, mox e ſtabulo in militiam delata. Nam cum Reges Germanorum bellandi ſtudio ducti frequenter in bellum aduerſus hoſtes proficiſcerentur, id non ſine exiguo equorum numero peragentes Mareſchallorum praeſentia vbique indigebant. Itaque facile factum, vt Auguſti ipſis, cum & caſtra ſequerentur, poſt equorum procurationem caſtrorum quoque curam demandarent b), eamque coniecturam firmat WITICHINDVS c) monachus Corbeienſis, qui Mareſchalli Imperii officium ita deſcribit: *Arnulfus* (Dux Bauariae) *equeſtri ordini & eligendis locandisque caſtris praeerat:* Quid mirum mareſchalli tandem adpellationem ad eos eſſe translatam, qui toti exercitui cum imperio praeerant d)?

§. V.

De vſu huius vocab. quatenus bellicam

Atque in hoc ſenſu, Mareſchalli nomen in noſtro Imperio hodienum occurrit a). Namque duos iſtos Supremos

 Im-

a) Quae ſunt *ſtabuli comes, comeſtabilis, Tribunus ſtabuli, Stabulator, Magiſter ſtabuli, Regalium praepoſitus equorum* &c. vid. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. XIV. §. XI. lit. b. Tom. I. p. m. 1095. ſeq.

b) conf. Dn. *MASCOV.* diſſ de *originib. officior. aulicor. S. R. Imp.* §. XXXI. p. m. 31. Dn. *ESTOR* de *Miniſterialib.* cap. 1 §. XLI. p m. 52. ſeqq. *Frideric. Ludouic.* N. D. de *BERGER animaduerſ.* ad *COCCEI. prudent. iur. publ.* cap. XIV. §. XIV. p. m. 213.

c) Lib. II. pr. *annal.* de *reb. Sax. geſtis* apud *MEIBOM. ſcript. rer. Germanic.* Tom. 1. p. 643.

d) vid. du *FRESNE* loc. ad §. praec. lit. a. citat.

a) conf. *MOEGLING.* diſſ. Tubingae an. 1709. propoſita de *Summo militiae Imperialis Praefecto Von des Heil. Roem. Reichs Feld-Herrn.*

dignitatem denotat in noſtro Imperio.

Imperialis exercitus Praefectos qui obſeruata religionis paritate ab Imperii Statibus, accedente Imperatoris confirmatione, eligi ſolent, *Campimareſchallos* adpellari conſtat. b). Hinc

b) vid. Concluſum Ordinum Imperii de an. 1734. apud *FABRVM in der Staats-Cantzley* Tom. LXV. p. 308. cuius verba huc ſpectantia: - - *ſo iſt in allen dreyen Reichs-*Collegiis *nach der Sachen reiffer Erwegung dafür gehalten und geſchloſſen worden, daß neben des Kayſerlichen General-Lieutenants Printzens* Eugene *von Savoyen Durchl. als von vielen Jahren beſtellten ältiſten und erſten Kayſerlichen und Reichs-General-Feld-Marſchalln dermahlen noch drey Reichs-General-Feld-Marſchalln aus ſeinen beſondern conſiderationen und ohne conſequenz zu erkieſen, und die zweyte Reichs-General-Feld-Marſchall-Stelle des regierenden Hertzogs* Carl Alexander *von VVürtenberg, die dritte Hertzog* Ferdinand Albrecht *von Braunſchweig-Bevern, die vierte des Fürſten* Leopold *zu Anhalt-Deſſau Durchl. Durchl. Durchl. wegen deren von langen Jahren her groſſen Kriegs-Erfahrenheiten, auch Kayſerlicher Maieſtaet, dem Roemiſchen Reich und gemeinen VVeſen vielfältig geleiſteten ſtattlichen treu- und ſehr nützlichen Kriegs-Dienſten iedoch dergeſtalt zu communiciren, daß hiernächſt auf erfolgende Todes-Fälle nicht mehr als zwey Reichs-General-Feld-Marſchalln obſeruata religionis paritate bleiben und reſp. aufgeſtellet werden ſollen.* conf. Capitulat. nouiſſ. Caroli VI. Art. IV. §. *wir ſollen und wollen auch* &c. Cum autem Sereniſſ. Princeps Leopoldus, caſtra ſequens Euangelicorum, Ferdinando Alberto, Eugenio, Caroloque Alexandro vita exceſſis, ſolus ſuperſtes ſit, ad ſupplendum numerum binarium ſecundum normam concluſi praecedentis Sereniſſ. Dux Lotharingiae, iam Tuſciae Magnus Dux *Franciſcus Stephanus* per concluſum Imperii de d. 8. Iulii an. 1737. cui menſ. proxime ſequent. acceſſit confirmatio Caeſarea, ad Campimareſchalli dignitatem euectus eſt, verba dicti concluſi ita ſe habent: *Als man in allen dreyen Reichs-*Collegiis *die Erſetzung der catholiſchen Reichs-General-Feld-Marſchall-Stelle und die Fürſtl. Hohenzollerſche und die Gräfl. la Marckiſche diſſfalls anhero eingelangte* d. 15. April. *dieſes Jahres* per dictaturam publicam *communicirte Schreiben und Memorial durch ordentlichen Vortrag in gehoerige Berathſchlagung gezogen; ſo iſt nach reiffer Uberlegung der Sachen dafur gehalten und aus eigener Bewegnüß einmüthig beſchloſſen worden, daß beſagte catholiſche Reichs-General-Feld-Marſchall-Stelle dem Durchlauchtigſten regierenden Herrn Hertzogen zu Lothringen in Anſehung deren*

Digitized by Google

Hinc immortalis nominis Heros D. Eugenius Imperialem exercitum Campimareſchalli *eines Reichs General-Feld-Marſchall* nomine inſignitus Imperio rexit, at eundem apud copias Caeſareas locum obtinens Locum tenentis generalis *eines Kayſerlichen General-Lieutenant* titulo vſus eſt c). Sed tamen ea ad Imperialem exercitum eſt reſtringenda adpellatio. Namque alias Mareſchallus tertium inter Supremos belli Duces locum occupat atque in ordine poſt Summum belli Ducem (*generaliſſimum*) eiusque Vicarium *General-Lieutenant* ſequitur, cuius officium eſt, vt abſentis Summi belli Ducis Vicarii vice fungatur eo vero praeſente ſiniſtram alam tegat d). Audit quoque Mareſchallus alias *Summus Caſtrorum Praefectus, Equitum Magiſter* habetque ſuum Vicarium *einen General-Feld-Marſchall Lieutenant*, qui in ordine poſt Supremum rei armamentariae Praefectum *General-Feld-Zeugmeiſter*, Supremum

derer von hoechſt deroſelben zu Befoerder- und Erhaltung der allgemeinen Ruhe und Friedens des Teutſchen Vatterlandes gemachten groſsmüthigen Aufopferung ihrer altvätterlichen Erb-Lande und zu werckthätiger Bezeigung einer von geſambten Heil. Roemiſchen Reich diſsfalls vorhin conteſtirter Danckbarkeit, nicht weniger in Betracht deren von dero hohen Hauſs und glorieuſen Herren Vorfahren in eben dieſer VVürde und ſonſten um Ihro Kayſerliche Maieſtaet, das Heil. Roemiſche Reich und gantze Chriſtenheit zu ihren unſterblichen Lob mit ihren Helden-Thaten erworbenen herrlichen Verdienſten, inſonderheit aber wegen dero ſelbſt eigen beſitzenden Ruhmwürdigſten angeſtammten Eigenſchafften und engen Verknüpfung mit allerhoechſt gedacht Ihro Kayſerliche Maieſtaet von Reichs wegen (wie hiermit beſchiehet) zu deferiren, Ihro Kayſerliche Maieſtaet aber allerunterthänigſt (wie hiermit beſchiehet) zu erſuchen, hoechſtgedachten Herrn Hertzogen zu Lothringen allergnädigſt zu diſponiren, allerhoechſt deroſelben und dem Heil. Roem. Reich zu Ehren obberührte Catholiſche Reichs-General-Feld-Marſchall Stelle zu übernehmen &c.

c) vid. Concluſ. Imperii de an. 1734. ad not. praeced. adductum.

d) Docente *Io. Chriſtian. LEONHARDI* diſſ. de *armatura & adparatu militiae hodiernae* cap. IV. §. IV. p. m. 19.

premum Commiſſarium, qui annonae commerciorumque curam habet *General-Kriegs-Commiſſarium* Supremosque Tribunos Equitum Peditumque *General der Cavallerie und Infanterie* ſequitur e). Illud denique notatu dignum, quod hodie Mareſchalli vocabulo, quatenus bellicam denotat dignitatem, niſi cum additamento *Feld-Marſchall* ſiue *General-Feld-Marſchall* non vtamur f).

§. VI.

Vocabul. mareſchalli ad Aulae Magiſtros tandem extenſum, quorum origo ad ſtatum Regium refertur.

Sed vt ſunt mutabiles dignitatum rationes Mareſchalli tandem adpellatio in aulas penetrauit, quarum moderatores Aulae Mareſchallorum nomine inſignire cœperunt a). Ad horum quod attinet originem, ea ſane antiquiſſima multoque altius quam ipſum nomen repetenda. Nam ciuili ab hominibus inita ſocietate ad eam conſeruandam rectore ipſis opus erat, qui eos non ſolum gubernaret, ſed & adverſus vim iniuriamque defenderet b). Cum autem is, ad quem imperium delatum cum ad conciliandum ſibi ſplendorem, tum ad neceſſarium vſum miniſtrorum indigeret ſeruitiis, nec non Auguſtalis dignitas ſuaderet, vt in ſignum Maieſtatis certam ſedem domumque a priuatorum vſibus ſeparatam haberet, apud omnes quippe gentes Reges ac Principes ſua habuiſſe palatia

e) vid. *LEONHARDI* loc. cit.

f) conf. *LIMNAEVS iur. publ.* Lib. III. c. X. n. 21.

a) Plures vocabuli mareſchalli ſignificatus collegit Dn. ab *HAVGVVITZ* Tr. de *Regni & Aulae Mareſchall.* p. m. 13. quos vtpote a propoſito noſtro alienos hic excutere ſuperſedemus.

b) Decipitur ergo *CARPZOVIVS*, qui ad *L. Regiam* cap. 1. Sect. III. n. 33. regna ex faſtu ac ſuperbia orta putat ſuamque ſententiam exemplis ex S. Scriptura petitis probare conatur. Meliora habet *Io. Chriſtoph. BECMANN. notit. dignit. illuſtr.* diſſ. I.

Digitized by Google

palatia ex hiſtoria diſcimus c) hinc ab ipſis pene regnorum incunabilis Aulae Mareſchallorum repetendam eſſe originem res ipſa loquitur. Vt enim patresfam. qui magna in re familiari verſantur, quendam e ſeruis domui praeficere ſolent; ſic Regibus Principibusque ab omni aevo moris fuit, vt domus i. e. aulae ſuae gubernationem uni miniſtrorum demandauerint, At vero regnis antiquitate ceteras imperiorum formas ſuperantibus, vt poſt *Io. Chriſtoph.* BECMANNVM d) recte monet B. GRIEBNERVS e), Aulae Mareſchallorum natales ad Regium potius ſtatum, quam ad Ariſtocraticum aut Democraticum eſſe referendos vel ex eo liquet, quod in his ſtatibus eorum miniſterio non opus fuiſſet. Sic ſtante Reipublicae forma apud Romanos hoc officium, cuius tamen veſtigia, mutato hoc ſtatu in Monarchicum, mox ſub Imperatoribus occurrunt f), plane ignotum fuiſſe conſtat. Neque aliter ſe rem habere apud Respublicas liberas noſtrae aetatis exemplo Reipublicae Belgicae declarat WICQVEFORT g).

§. VII.

Huius de officii origine mutationibusque in Imperatorum Illuſtratur hoc argumentum

B

c) Conf. *Ahasuer. FRITSCH.* Tr. de *Palatiis & domib. dominicis.* qui eſt ſecundus in ſylloge Tractatuum, cap. III. n. 7. p. m. 44.

d) loc. cit.

e) *Iur. natur.* Lib II. c. I. §. III - V. p. m. 159.

f) vid. §phus ſeq.

g) *Dans ſon Ambaſſadeur* Livre I. Sect. XVIII. p. 320. ſeq. cuius verba: *Les Etats de Hollande ont un officier, auquel ils donnent la qualité de Maiſtre d'hoſtel, qui n'a que cette ſeule fonction d'aller à Rotterdam ou à Delft, ſi l'Ambaſſadeur y eſt de payer la depenſe de ſon dernier repas & de le conduire - - - mais cette charge de Maiſtre d'hoſtel, qui n'étoit fort neceſſaire eſt devenüe tout à fait inutile.*

Digitized by Google

ex hiſtoria cum occidentalis.

rum cum occidentalis, tum orientalis Imperii aulis iam pauca perſequamur. Auguſtus cunctis ſub nomine Principis ſub imperium poteſtatemque ſuam redactis, bellis ciuilibus functus, cohortes praetorias nobis *Leib-Regimenter*, quas plures habebat, in vrbe non ſolum collocabat, verum etiam in Palatio Praetorium ad ſimilitudinem tabernaculi, in quo belli tempore dux exercitus ſtabat, quod *Praetorium* dicebatur, iuxtaque quod cohortes Praetoriae in caſtris ſtationem habere conſueuerant, fixebat perpetuum, eique moderatorem quendam, cui *Praefecti Praetorio* nomen praeficiebat. Qui cum in Palatio Principis fixam ſedem haberet ipſum non ſolum Palatium a Praetorio ibi conſtituto nomen mutuans *Praetorium* adpellabatur, verum eius quoque gubernatio Praefecto Praetorio demandabatur a). Itaque non male WESENBECIVS b) eum Aulae Magiſtrum interpretatus eſt. Cum autem Praefectus Praetorio muneri huic moleſtiſſimo ſolus non ſufficeret, Magiſter officiorum ei adiungebatur, id quod tempore Neronis quidam factum putant, at *Iacobus* GVTHERIVS c) ex antiqua inſcriptione probauit Neronis ante aetatem Magiſtri officiorum munus iam cognitum fuiſſe.

§. VIII.

tum Orientalis Imperii.

Atque in hoc ſtatu Praefecti Praetorio dignitas vsque ad Conſtantinum M. manſit, qui cum milites Praetoriani pro Praefecto Praetorio *Maxentio* contra ſe ſtetiſſent victo eo

a) Conf. *Vlric. HVBER. Praelect. ad π.* Tit. de *offic. Praefecti Praetorio* p. m. 562. edit. de an. 1735.

b) *Ad Tit. π.* de *offic. Praefect. Praet.* p. m. 112. edit. in fol.

c) De *Offic. domus Auguſt.* Lib. II. c. XX. p. 480.

Digitized by Google

eo atque occiſo Praefecti Praetorio dignitatem ſuſtulit a). Quo facto Magiſtri officiorum dignitas maiorem in modum creſcere coepit. Erat autem tanta eius apud Auguſtos autoritas, vt ab ipſis frater vocaretur d), immo referente ZOSIMO c) Caeſar quondam creatus. At cum, ſublata Praefecti Praetorio dignitate, multa negotia eius ceteroquin officio adnexa Magiſtro officiorum, cui palatii olim ſolum cura incumbebat, adcreſcerent, ei tanta mole negotiorum obruto *Praefectus Palatii* adiungebatur. Sic inter officia aulae Byzantinae ſeu Conſtantinopolitanae praeter Magiſtrum officiorum mentio quoque fit Praefecti magnorum Palatiorum d), qui alias cura ſeu curator Palatii e) vel etiam corrupte *curopalates* vocatur. Vt vero huius officium in menſae Palatiique procuratione conſiſtebat; ita penes Magiſtrum officiorum ſumma imperii totius aulae erat propertereaque ſecundum noſtrum hodiernum loquendi vſum hic erat *Ober Hof-Marſchall* vel *Ober Hof-Meiſter*, ille vero *Vnter-* ſiue *Hauſs-Marſchall* vel *Hauſſ-Hof-Meiſter* f). Itaque fallitur *Iacobus* GOTHOFREDVS g), qui gloſſae adductus autoritate h) curam ſeu

 curatorem

a) *ROSINVS Syntagmat. antiquitat. Roman.* Lib. VII. cap. XXXIII. p. m. 372. ſeq. ex eoque tempore Praefecti Praetorio dicti, qui multis prouinciis regendis praeficiebantur. *HAHNIVS* ad *VVESENBEC.* loc. cit.

b) Nouell. Theodoſ. de *Agentib. in reb.*

c) Lib. II. *hiſtoriae ſuae* citante Dn. *GASSERO Praelect. ad Cod.* Tit. de *Offic. Magiſtri officior.* p. m. 55.

d) *Thom. DEMPSTER* in *addit.* ad *ROSIN. antiquit. Roman.* p. m. 10.

e) L. vn. C. de *Comitib. & Tribun. ſcholar.*

f) Conf. Dn. ab *HAVGVVITZ* de *Regni & Aulae Mareſchall.* cap. I. n. 43. p. m. 23.

g) in not. ad Leg. cit.

h) Ad Leg. cit.

curatorem Palatii per ſummum Architectum Palatii Regii interpretatur.

§. IX.

Origo Aulae Mareſchallorum in Germania valde obſcura.

Tametſi vero veteres Germanorum Reges, vt vt a luxu alieniſſimi fuerint, omnis generis miniſtros, quibus Regiam Maieſtatem ſtipatam eſſe oportet, habuiſſe ac proinde Aulae Magiſtrorum ſeu Mareſchallorum munus apud ipſas quoque vſu obtinuiſſe ad modum veriſimile ſit a); tamen haec res, deficientibus hiſtoriarum monumentis, ad liquidum perduci nequit. Vt enim in rebus hiſtoricis Patriae noſtrae ob maiorum noſtrorum incuriam, qui bellis potius, quam literis bonisque artibus delectabantur, maxima vt plurimum obſcuritas deprehenditur; ita propter monumentorum hiſtoricorum defectum Aulae Mareſchallorum natales adeo in tenebris verſantur, vt vsque Francorum Regum ad aetatem, a quorum aulis cum Germani, tum Galli omnium dignitatum aulicarum originem repetere ſolent b), nihil de iis certi ſtatui queat.

§. X.

De Aulae Praefectis Regum Francorum, qui *Maiores*

Prima itaque huius muneris veſtigia in legibus Salicis a) occurrunt, vbi *maioris* ſcilicet domus mentio fit. Maior autem domus, cuius lex Salica meminit, nil erat, niſi Palatii ſeu

a) Quam coniecturam populorum barbarorum mores iuuant, ſic exempli cauſa apud Scythas decantata illa quatuor officia aulica videlicet *Dapiferi, Mareſchalli, Camerarii Pincernaeque* olim iam cognita fuiſſe ex *HERODOTO* probauit Dn. *THOMASIVS* diſſ. de *colliſ. morum cum iure ſcripto* §. LVII. conf. Dn. *LANGGVTH animaduerſ.* ad *COCCEI. prudent. iur. publ.* cap. XI. §. 11. p. m. 222.

b) Conf. Dn. *MASCOV.* diſſ. de *originib. officior. aulic. S. R. Imp.* §. 11. p. m. 8.

a) vid. ſupr. §. III.

ſeu Aulae Praefectus b). In Francorum Regum aulis Palatii Praefecti ſeu Maiores domus maxima olim pollebant autoritate. Qua ex re variis a ſcriptoribus efferri ſolent nominibus. Dicuntur autem *Maiores domus Regiae, Principes Regiminis, Duces Palatii, Duces Francorum* &c. c). Atque haec nomina ſupremam eorum poteſtatem ſatis indicant. Namque penes eos & Palatii & Regni cura erat ſola dignitatis Regiae ſpecie Auguſtis remanente. Ita vero SIGEBERTVS d) monachus Gemblacenſis ad an. 662: *Clodouaeus Rex Francorum obiit & Clotarius filius eius ſuccedit - - Abhinc Francorum Regibus a ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus Regni potentia diſponebatur per* Maiores domus Regiae *Regibus ſolo nomine regnantibus.* Huc quoque ſpectant, quae pluribus verbis eadem de re ab EGINHARDO e) commemorantur: *Opes & potentia Regni penes* Palatii Praefectos, *qui* Maiores domus *dicebantur & ad quos ſumma imperii pertinebat, tenebantur, neque Regi aliud quid relinquebatur, quam vt Regio tantum nomine contentus crine profuſo, barba ſubmiſſa ſolio reſideret ac ſpeciem dominantis effingeret, Legatos vndecunque venientes audiret iisque abeuntibus reſponſa, quae erat edoctus vel etiam iuſſus ex ſua velut poteſtate redderet, cum praeter inutile Regis nomen & precarium vitae ſtipendium, quod ei* Praefectus Aulae *prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprium poſſideret quam vnam & perparui reditus villam* &c. Cum igitur ſub Clodouaeo II. eiusque poſteris

domus dicebantur.

 Ma-

b) conf. *Io. Georg.* ab *ECCARD* comment. ad *leges Salicas* p. 31. ad voc. *Maiorem.*

c) conf. du *FRESNE Gloſſar.* ſub voc. *Maior domus* Tom. IV. edit. cuius ſupra §. III. lit. a. mentionem fecimus, p. 343.

d) Apud *PISTORIVM Collect. ſcript. rer. Germanic.* p. 758.

e) Apud du *CHESNE collect. ſcript. hiſtor. Franc.* Tom. II. p. 94.

Digitized by Google

Maiorum domus poteſtas etiam atque etiam creſceret, Pipinus Caroli Martelli Maioris domus filius ſucceſſorque in dignitate *Maioratus*, detruſo Childerico III. in monaſterium, ſuaſu Pontificis Romani Zachariae exque comitiali Francorum ſententia Regium tandem ſolium conſcendit f).

§. XI.

De interitu Maiorum domus.

Quo autem Carolus poſtea cognomine *Magnus* adpellatus, Pipini filius, patri ſuccedens genti ſuae ſceptrum confirmaret Maiorum domus res vsque nouas molientium dignitatem aut arctioribus patris ad exemplum a) terminis incluſit aut omnino ſuſtulit. Namque eius inter officiales, quos recenſet HINCMARVS b) Archiepiſcopus Rhemenſis nomen Maioris domus haud occurrit. At enim haec Regibus exitioſa dignitas Carolo, quem *ſimplicem* vocant, regnante, qui miniſtro ſuo *Roberto*, ad eam adſpiranti, plus quam par erat, indulgebat, refloreſcere coepit c). Huic in dignitate Maioratus iure velut hereditario ſuccedebat filius *Hugo Magnus*, cui ſucceſſor *Hugo Capetus* b), qui defuncto Ludouico V. ſtirpis Carolinae vltimo regno ex potentia Maioratus ſui potitus eam dignitatem, ne deinceps quiſpiam eius beneficio Regium ad faſtigium eueheretur, funditus ſuſtulit e).

§. XII.

f) vid. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. II. §. X. lit. d. Tom. I. p. m. 74. ſeqq.

a) vid. infra §. XV.

b) In *epiſtol. ad Ordines Franciae* cap. XVI. apud du *CHESNE* loc. cit. p. 491.

c) conf. du *FRESNE* loc. cit. *SPELMANNVS Gloſſar.* ſub voc. *Maior domus* p. 381.

d) vid. *Io. HüBNER. Tabul. Genealog.* vbi Tab. 50. familiae Capetingorum genealogiam exhibet.

e) *SPELMAN*, & du *FRESNE* ll. cc.

Digitized by Google

§. XII.

Refellitur illorum opinio, qui duo vocabula *Maior domus* & *Comes Palatii* ſynonyma eſſe putant.

Delcta igitur Maiorum domus dignitate eorum in locum ſuffecti Seneſchalli. Ante vero quam eorum natalibus inueſtigandis operam impendamus non poſſumus non, quin hic moneamus, eſſe, qui duobus iſtis vocabulis *Maior domus* & *Comes Palatii* vnum idemque denotari officium ſibi perſuadent a). At horum conuellit ſententiam teſtis grauiſſimus GREGORIVS videlicet Turonenſis b), cuius verba: *Childebertus vero Rex deſcriptores in Pictauos inuitante Marouco Epiſcopo iuſſit abire i. e. Florentianum* Maiorem domus Regiae & *Romulſum* Palatii ſui Comitem, *vt ſcilicet populus cenſum, quem tempore patris reddiderat facta ratione innouaturae reddere deberet.* Erit hoc ſatis teſtimonii duobus iſtis vocabulis non idem ſignificari officium. Plurima quidem proferre poſſemus, quae ſumma iam ante nos induſtria pro more congeſſit PFEFFINGER c), ſed modus adhibendus in re praeſertim clariori.

§. XIII.

De officio Comitis Palatii.

Erat autem duobus teſtibus locupletiſſimis fideque dignisſimis

a) Conf. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. XI. §. I. lit. a. Tom. I. p. m. 929. add. *Chriſtian. THOMAS.* diſſ. de *Originib. feudalib.* quae exhibetur in *ſelect. EIVS feudal.* Tom. I. in not. ad §. XV. lit. k. p. m. 368. ibi p. 370. ex diplomatibus e *MABILLON.* de *re diplomatica* Lib. VI. c. XVIII. & XIX. p. 474. decerptis probat ſub Merouingis Francorum Regibus dignitatum auſicarum talem fuiſſe ordinem I.) *Maior domus* II.) *Optimates* III.) *Comites* IV.) *Grafiones* V.) *Domeſtici* VI.) *Referendarii* VII.) *Seneſcalci* & VIII.) *Comes Palatii.* Horum vocabulorum explicationem ſuppeditat *Hieron. BIGNONIVS* in not. ad *Marculfi formul.* Lib. I. c. XXV. apud *BALVTZ.* Tom. II. *capitular.* p. 911.

b) Lib. IX. *hiſtor.* c. XXX. apud du *CHESNE collect. ſcript. hiſtor. Franc.* Tom. I. p. 425.

c) loc. cit.

Digitized by Google

gniſſimis EGINHARDO a) nimirum atque HINCMARO b) comes palatii nihil aliud quam iudex cauſarum ſecularium,quae ad palatium deferebantur c). Vt enim Archicapellanus,qui promiſcue *Capellanus*, *Cancellarius*, *Aprocriſiarius* & *Reſponſalis negotiorum eccleſiaſticorum* nuncupatur d), cauſas eccleſiaſticas curabat; ſic Comes Palatii cauſas profanas ſeu ex vſu loquendi ſcriptorum eccleſiaſticorum ſeculares tractabat. Audiamus HINCMARI e) hac de re teſtimonium: *Praecipue duo* i.e. Apocriſiarius, *qui vocatur apud nos* capellanus, *de omnibus negotiis eccleſiaſticis vel miniſtris eccleſiae*, & Comes Palatii *de omnibus ſecularibus cauſis vel iudiciis ſuſcipiendis curam inſtanter*

a) In *Vita Caroli M* apud du *CHESNE collect. ſcript. hiſtor Franc.* Tom. II. p. 102. *ſi* comes Palatii *litem aliquam eſſe diceret*, *quae ſine eius* (de Carolo M. ſermo eſt) *iuſſione definiri non poterat*, *ſtatim litigantes introducere iuſſit & veluti pro tribunali ſedens lite cognita ſententiam dixit.*

b) In *Epiſtola ad Ordines Franc.* apud du *CHESNE* loc. cit. p. 490.

c) Cum Comitibus Palatii non ſunt confundendi Comites Palatini, illi aulam vbique ſequentes cauſas maioris momenti ad Regem delatas diiudicabant, hi vero in prouincias miſſi non niſi in cauſis minoribus ius dicebant, de poſterioribus ſermo eſt in Lib III. Capitularium cap. LXXVII. Tom. I. *capitular.* apud *Steph. BALVTZIVM* p. 767. ibi: *Vt Epiſcopi, Abbates, Comites & Potentiores quique, ſi cauſas inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint ad noſtram iubeantur venire praeſentiam*, *neque illorum contentio alicubi diiudicetur, ne propter hoc pauperum & minus potentium iuſtitiae remaneant. Neque vllus* Comes Palatii noſtri *potentiorum cauſas ſine iuſſione noſtra definire praeſumat*, *ſed tantum ad pauperum & minus potentium iuſtitias ſibi ſciat vacandum*; illi diplomata teſtimonio ſuo firmabant, hi non aeque conf. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. XI. §. I. lit. b. Tom. I. p. m. 935 ſeqq. A comitibus Palatinis Regum Francorum diſtinguendi ſunt Comites Palatini, qui ſub Imperatoribus Saxonicis in prouinciis vice Caeſaris ius dicebant, a quibus Comites Palatini Rheni Saxoniaeque originem ducunt. Conf. omnino Dn. *REINHARD.* diſſ. de *Officiis Imperii Saxonicis* Sect. I. §. VI. p. m. 37.

d) Conf. Dn. *MASCOV.* diſſ. de *Originib. officior. aulic. S. R. Imp.* §. IV. ſeq. p. m. 9.

e) loc. cit.

ter habebant, vt nec eccleſiaſtici nec ſeculares prius dominum Regem absque eorum conſultu inquietare neceſſe haberent etc. Tandem Comitis Palatii officium in aulis Imperatorum paullatim exoleſcens cum Archi-capellani dignitate coaluit f).

§. XIV.

De Seneſchallis, qui in Maiorum domus locum ſucceſſerunt.

Sed ſatis de differentia Maioris domus Palatiique Comitis ad Seneſchallos redeamus. Ad huius vocabuli a) originem quod attinet, illud Germanicum atque ex *ſenne* ſeu ſinne, quod Germanis familiam denotat, ac *ſchalk* ſeruus, miniſter conflatum eſſe ex antiquitate demonſtrauit *Io. Georg.* ab ECCARD b). Erat autem Seneſchallus, qualis etiam in legibus Alemannicis c) occurrit, officialis, qui cum in praediis priuatorum, tum in Principum aulis res domeſticas curabat, nobis *Hauſſ-Hof-Meiſter.* d).

§. XV.

De Seneſchallorum autoritate ſub Pipi-

Maiores domus, qui olim aulae duntaxat habebant pro-

f) vid. *Bernard.* a *MALLINKROT.* Tr. de *Archicancellariis & Cancellariis Imperii* paſſim apud *VVENCKERVM* in *collect. Archiui & Cancellar. iur.* p. m. 216. ſeqq.

a) Quod varie ſcribitur apud du *FRESNE Gloſſar.* ſub voc. *Seneſcalcus* Tom. VI. edit. cuius ſupra §. III. lit. a. mentio facta, p. 360. *Senıſcalcus, Siniſcalcus, Sineſcallus, Seneſchallus.*

b) In Commentar. ad *leges Salicas* p. 16. & in Comment. de *Rebus Franciae oriental.* Tom I. Lib. XXV. §. IV. p. 713. Aliam, ſed a rei veritate prorſus alienam huius vocabuli ſuppeditat explicationem *Adrianus TVRNEBVS Aduerſarior.* Lib. XXVIII. c. II. p. m. 1046. qui Seneſchallos quaſi *ſenes caballi* praefectos rei equeſtris interpretatur.

c) Tit LXXIX §. III. apud *BALVTZ.* Tom. I. *Capitular.* p. 79. ibi: *ſi alicuius* Seniſcalcus, *qui ſeruus eſt & dominus eius XII. Vaſſos infra domum habeat, occiſus fuerit. XL. ſolid. componatur.*

d) ab *ECCARD* ll. cc. du *FRESNE* loc. cit. vbi in additionibus Seneſchalli vocabulum ita explicatur: *Seneſchallus idem eſt, qui oeconomus ſeu rei familiaris miniſter.*

no eiusque filio Carolo.

curationem progreſſu temporis partim Regum indulgentia, partim ſua, qua plurimum valebant, autoritate cum Regni, tum alia plurima negotia ad ſe traxiſſe, adeo, vt ex potentia ſui officii Regium tandem ſolium conſcenderint, paullo ante oſtendimus a). Itaque Pipinus, cum Regno potitus eſſet, veritus, ne ex Maiorum domus potentia de Regio iterum ſolio deiiceretur, ſuffecto in rebus ad aulae gubernationem ſpectantibus *Seneſchallo* b), qui Regii olim Oeconomi *eines Hauſſ-Hoſ-Meiſters* munere ſungebatur, cum nomen, tum officium Maioris domus ſuſtulit, huiusque ſucceſſorem Seneſchallum videlicet, ne ad Maioratus aliquando potentiam adſpirandi ei locus eſſet, arctiori poteſtate menſae praepoſitum conſtituit c). At huius tamen autoritas regnante Carolo Pipini filio etiam atque etiam creſcere cœpit, id quod ex iis, quae refert *Io. Georg.* ab ECCARD d) intelligi poteſt. *Carolus,* inquiens, *Attiniaci Paſchalia feſta peregit; vbi cum de Britonum motibus audiiſſet, exercitum in eos miſit duce* Audulfo, *viro illuſtri, quem annales Tiliani, Loiſiliani, Bertiniani Metenſesque* Seneſcalcum, *Laureshamenſes, Annaliſta Saxo & Chronica Regia*

a) vid. ſupr. §. X.

b) Huius officium ſub Merouingis iam cognitum fuiſſe probant diplomata apud *MABILLON de re diplomatica* Lib. VI. c. XVIII. & XIX. p. 474. add. ad §. XII. lit. a. notata.

c) Conf. *SPELMANN. Gloſſar.* ſub voc. *Seneſcallus* p. 510. add. *L'Etat de France* Tom. I. Chap. II. p. 39. ſeq. *Le grand Maitre de France étoit appellé ſous la premiere race de nos Rois* Maire du Palais, *qui étoit comme un Lieutenant general par tout le Royaume - - ſon autorité ne s' étendoit pas ſeulement dans la maiſon du Roi, où il diſpoſoit de toutes les charges, mais il avoit grand pouvoir ſur les gens de guerre, iuſtices & finances & ſur toutes les affaires d'etat. Au lieu de cette charge on établit* le ſeneſchal *pour avoir ſeulement ſoin de la maiſon.*

d) In Comment. de *Rebus Franciae Oriental.* Tom. I. Lib. XXV. §. IV. p. 713.

Digitized by Google

Regia Pantaleonis Praepoſitum Regiae menſae, *Regino vero Principem coquorum vocat* e). Ceterum Seneſchalli officium ita deſcribit HINCMARVS f): *Ad miniſteriales* Seneſcalcum, *Buticularium & Comitem ſtabuli ſecundum vniuscuiusque miniſterii qualitatem vel quantitatem pertinebat, vt cum communi conſenſu de ſuo quisque miniſterio admonendi non eſſent ſegnes, omnes actores Regis praeſcirent, vbi vel vbi Rex illo vel illo tempore, tanto vel tanto ſpatio manere debuiſſet propter adductionem vel praeparationem, ne forte tarde ſcientes, dum inopportuno tempore vel cum nimia feſtinatione exigeretur familia Regalis per negligentiam ſiue neceſſitate opprimatur. Quae videlicet cura quanquam ad Buticularium vel Comitem ſtabuli pertineret maxima tamen cura ad* Seneſchallum *reſpiciebat, eo, quod omnia cetera praeter potus vel victus caballorum ad eundem* Seneſchallum *reſpiciebant.*

§. XVI.

At cum Seneſchalli Maiorum domus potentiam nimium adfectantes in omnium odium offenſionemque incurrerent, eorum tandem munus in comites ſtabuli translatum eſt a). Quem ad modum vero in Gallia Comitis ſtabuli nomen inflexum quidem in coneſtabilem gallice *conetable* manſit b); **Horum munus in comites ſtabuli ſeu mareſchallos translatum eſt.**

C 2 ita

e) Conf. Dn *ESTOR* de *Miniſterialib.* cap. I. §. XXXV. p. m. 47. Quod ſi vero Rex ipſe praeliis intererat, Seneſchallus vexillum efferebat, vnde a ſcriptoribus etiam *Vexillifer* dicitur du *FRESNE* loc. cit. vid. §. XIV. lit. a. add. *L'Etat de France* loc. cit p. 40. - - *toute fois il eſt arrivé depuis, que* le Seneſchal *n'a pas laiſſé de reprendre quelque commandement dans les armees - - & quelq'uns appellent* le Seneſchal grand Gonfanonier *ou* Porte Enſeigne. vid infr. §. *XXVI.*

f) In *epiſtol. ad ordin. Franc.* cap. *XXIII.* apud du CHESNE loc. cit. p. 493.

a) Conf. Dn. *ESTOR* de *Miniſterialib.* cap. I. §. XXXV. p m. 48.

b) Cum autem Reges nimiam *Coneſtabilium*, quam ſibi bello parauerant, autoritatem non ſine cauſa extimeſcerent, eorum dignitas per legem publicam

ita Germani Germanicum Mareſchalli nomen (§. II.) retinuerunt c). Hinc duo iſta vocabula *Mareſchallus* & *Seneſchallus* apud eos tanquam ſynonyma vſurpata eſſe ex antiqui cujusdam autoris libello apud DATTIVM d) obſeruare licet: *Poſtquam menti Caeſareae*, ait iſte autor de Carolo IV. Imperat. loquens, *fuerit viſitare populum* (ſcil. Italum) - - *principaliter igitur & precipue animaduertendum vobis eſt, Princeps Sereniſſime, vt* Seneſchalcus *ſiue* Mareſcalcus *ydoneus pro tanto exercitu eligatur.*

§. XVII.

De diverſis generibus officiorum aulicorum in imperio.

Sed cum plura ſint in noſtro Imperio officiorum aulicorum genera, tum ſecundum ea de Mareſchallis differendum. Occurrunt autem 1.) Archiofficia *des Heil. Roem. Reichs Ertz-Aembter*, quae in miniſterio Imperatori in actibus ſolennibus ab Archiprincipibus exhibendo conſiſtunt, iis proxima ſunt II.) officia Imperii hereditaria Archi officiis adjuncta *des Heil. Roem. Reichs Erb-Aembter*, a quibus differunt officia Imperii hereditaria ſimpliciter dicta *Reichs-Aembter* exempl.

cam ſublata eſt. conf. *L'Etat de France* Tom. II. P. II chap. I. p. 161. *Le conetable eſt le premier de tous les officiers, il eſt après le Roi chef ſouverain des armees de France & tient rang immediatement après les princes du ſang - - il n'étoit autre foisque ce qu'eſt aujourd'hui* le grand Ecuïer *ainſi que montre l'Etymologie du mot de conetable comes ſtabuli* & p. 163. - - *quoique la charge de conetable par la declaration du feu Roi en 1627. après la mort du Duc de Lediguieres dernier conetable ſoit annullée; toute fois ſa jurisdiction à la table de marbre eſt demeurée entre les mains de Mareſchaux de France, qui n'étoint que ſes Lieutenans.*

c) Conf. Dn. *MASCOV.* diſſ. de *originib. officior. aulic. S. R. Imp.* §. XXXIV. p. m. 31.

d) De *pace publica* Lib III. c. VIII. p. 581. vbi quoque p. 578. de intentione autoris agit, quae fuit, vt Imperatorem Carolum IV exhortaretur, quo Italiam in partes ſectam diſcordiisque ciuilibus feſſam valido exercitu ingreſſus iura Imperii inſtauraret.

Digitized by Google

exempl. cauſ. *des Heil. Roem. Reichs Ober-Iägermeiſter-Ambt* a), *des H. R. Reichs General-Erb-Poſtmeiſter-Ambt* b), *des H. R. Reichs* C 3 *Erb-*

a) Hoc officium Auguſtiſſ. Saxon. Electorum, quippe Miſniae Marchionum, proprium eſt ex conceſſione Caroli IV. Imperatoris, qui an. 1350. Landgrauios Thuringiae Miſniaeque Marchiones Fridericum, Balthaſarem, Ludouicum & VVilhelmum de Landgrauiatu & Marchionatu *nebſt der Pfal-lantzgraffſchafft zu Lauchſteden mit allen VVildbanen als des Roemiſchen Reichs Iägermeiſtere* inueſtiit. vid. Diplomat. apud *LVNIG corp. iur. feudal. German.* Tom. I. p. 583. Num. XVII. & XVIII. cuius renouationem non modo D. Io. Georgius Sax. Elector. a D. Leopoldo Imperatore an. 1661. adnotante *MVLLERO* in *annal. Saxon.* ad h. an. p. m. 447. verum etiam D. Fridericus Auguſtus Polon. Rex & Elect. Sax. a D. Ioſepho an. 1708. impetrauit. conf. Dn. *Conr. Frider. REINHARD* de *offic. Imp. Saxon.* Sect. V. §. I-III. p. m. 178. ſeqq. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. III. Tit. XII. §. XLII. n. X. Tom. III. p. m. 969. ſeq. Simile quidem officium ſibi vindicant Sereniſſ. Duces VVürtenberg. verum id prouinciae ſolum munus fuiſſe recte coniicit perilluſt. *AVTOR des Europaeiſchen Herolds* Tom. I. p. 257. cuius verba: *Nun hat das Fürſtl. Hauß VVürtenberg wegen der Grafſchafft Urach, welcher des Heil. Roem. Reichs Iaeger-Ambt anhaengig geweſen, auch ein ſolches Hof-Ambt auf ſich, und rühret ſolches von denen Schwaebiſchen Kayſern her, hat aber unter denen Saechſiſchen ſchwerlich geſtanden, ſondern es iſt ein prouincial Hof-Ambt geweſen.* add. Dn. *RICCII Praefat. zu dem Entwurf der Iagd-Gerechtigkeit in Teutſchland.*

b) Id muneris ſuſtinet Princeps de *Thurn & Taxis* conf. *LVDEVVIG* diſſ. de *iure poſtarum clientelari von General-Erb-Poſt-Lehen* reperitur haec diſſertatio in *EIVSDEM* opuſc. miſcell. Tom. I. Lib. II. n. 5. p. 919. ſeqq. qui *Erb-General-Reichs-Poſtmeiſter* audit, a quo diſtinguendus Praefectus poſtarum hereditarius per prouincias Auſtriacas, qui eſt Comes de *Paar* auditque *Obriſt Kayſerlicher Erb-Land-Poſtmeiſter* vel *Kayſerlicher Obriſt-Hof-Poſtmeiſter* conf. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. III. Tit. II. §. LII. lit. b. Tom. III. p. m. 217. ſeqq. vbi quoque de controuerſiis inter duos iſtos Poſtarum Praefectos ſubinde agitatis mentionem facit, ſcripta ab vtraque parte eo nomine edita exſtant in *LVNIG Grundfeſte Europaeiſch. Potenz. Gerechtſam.* P. II p. 477. ſeqq. itemque in append. Dn. de *ZECH gegenwaertiger Verfaſſung der Kayſerl. Regierung in Teutſchland* p. 581. ſeqq. add. Capitulat. nouiſſ. Art. *XXIX.*

Digitized by Google

Erb-Stallmeiſter-Ambt c), *des H. R. Reichs Erb-Thürhüther-Ambt* d) &c. Plura huiusmodi officia recenſet Dn. de LVDEWIG e), quorum multa in vſu eſſe deſierunt vel nunquam forte in vſu fuerunt. Archiofficia, & quae iis adiuncta ſunt, ſub-officia excipiunt III.) Officia Eccleſiae Bambergenſis *die Stiffts-Ober-Aembter*, quibus adiuncta ſunt IV.) officia Bambergenſia vicaria *die Stiffts Unter-Aembter.* Poſt haec ſequuntur V.) officia aulae Caeſareae quotidiana *die Kayſerliche Hauſs-* ſiue *Hof-Aembter*, quibus ſuccedunt VI.) officia aulica Principum Imperii hereditaria eorumque VII.) officia aulica quotidiana. Quae diſtinctio officiorum eo diligentius notari debet, quo magis experientia nos docet non paucos iuris publici Doctores ob huius neglectum grauiter eſſe lapſos, quem ad modum ex ſequentibus patebit.

§. XVIII.

De Archiofficiis.

Maximum prae ceteris habent ſplendorem celſiſſima Imperii noſtri Archiofficia a), quorum origo primum omnium inue-

---

c) Quo munere gaudent Comites de *VVerthern* vid. Dn. MASCOV. diſſ. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp. §. XLVIII.* p. m. 45.

d) Hoc munus ſibi vindicant Principes Schwarzburgici vid. tamen AVTOR *der Durchlauchtigen VVelt* Tom. II. c. *XVII.* p. m. 196. add. Dn. MASCOV. l. c. §. L.

e) *Comment. ad Aur. Bull.* Tit. *XXVII.* §. 1. lit. e. Tom. II. p. m. 649.

a) De origine huius vocabuli ſciendum particulam Archi, vt a Latinis exprimitur, ab ἀρχὸς quod Graecis Princeps dicitur, deſumtam ac variis perſonis reſpectu dignitatis, autoritatis, honoris ac praeſtantiae tributam eſſe, ſic noti ſunt Archiepiſcopi, Archidiaconi, Archiduces, Archiminiſtri, conf. ab ECCARD comment. de *reb. Franc. orient.* Tom. II. lib. *XXXI.* p. 553. de poſteriori vocabulo ita Dn. ESTOR de *Miniſterial.* cap. *I.* §. V. p. m. 9. *immo obſerues a Regibus noſtris illos, qui ipſis erant amiciſſimi & quos prolixa proſequebantur gratia, dici* Archiminiſtros, *quos noſtri vocant* miniſtriſſimos vid. tamen Dn. ab *HAVGVVITZ* de *Regni & Aulae Mareſchall.* cap. VII. n. 289. p. m. 661.

Digitized by Google

inueſtiganda. Hic vero a nobis praemonendum nulla Francorum Regum aevo eius generis exſtitiſſe officia b). Neque ſententiae noſtrae refragatur teſtimonium ALBERICI c) monachi trium Fontium, qui ad an. 696. adnotatum reliquit: *Reges Francorum negotia Regni per* Maiores aulae *adminiſtrabant, id eſt per dapiferum, camerarium & conſtabulum.* Vtvt enim non negemus Reges Francorum ex *illuſtrium* ſeu ſecundum iſtius aevi loquendi vſum *nobilium* d) ordine officiales miniſteriis ſuis adhibuiſſe, qui generali & corrupto vocabulo *miniſteriales* adpellabantur e); veruntamen Maiores iſti aulae, quorum meminit Albericus, non tam ad praeſtanda Regi in actibus ſolennibus inſtar Archi principum noſtri temporis miniſteria, quam ad quotidiana officia aulica conſtituti erant, ita quidem vt pro re & tempore Regi quoque in actibus ſolennibus miniſtrarent. Neque ſententiae noſtrae obſtat, quod in Capitularibus Caroli M. & Caroli calui f) Miniſterialium Regni mentio

b) Multo minus ergo celſiſſima Imperii noſtri Archiofficia ex aula Romana repetenda eſſe facile conſtat. conf. Dn. MASCOV. diſſ. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp.* §. III. p. m. 8. vt vt diſſentiat Dn. *Burcard. Gotth.* STRVV. *ſyntagm. iur. publ.* diſſ. IX. §. *XVI.* p. 178. quem ſequitur Dn. *REINHARD* de *offic. Imp. Saxon.* Sect. II. § I. p. m. 99.

c) vid. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtr.* Lib. *I.* Tit. *XIII.* §. I. lit. b. Tom. *I.* p. m. 1018.

d) conf. Dn. STRVBEN obſeruat. de *origine & progreſſu ordinis equeſtris in Germania* comment. de *iure Villicorum* adiecta, vbi §. VIII. p. m. 19. probauit Principes Comitesque Secul. *XIII.* etiamnum audiuiſſe nobiles add. *Hulderic.* ab EYBEN diſſ. de *Titulo nobilis* inter op. eius p. 840. exſtat quoque in *LVNIG. Theſaur. iur. Comitum* p. 483.

e) conf. Dn. ESTOR loc. cit. vox autem *officialis* eſt aeuo Carolingico longe recentior vid. *Frider. Ludovic.* N. D. de BERGER *animaduerſ.* ad COCCEI. *iur. publ.* cap. *XI.* §. II. p. m. 159.

f) Et quidem Tit. *XL.* capit. II. apud. *Steph. BALVZ.* Tom. II. *capitular.* p. 214.

Digitized by Google

mentio fiat, eadem enim, quae priorem modo ad obiectionem reſpondimus, hic repetenda ſunt. Namque iſtos miniſteriales ad diſtinctionem ſolum minorum miniſterialium, qui ex ordine militari lecti Principum miniſteriales dicebantur, Regni ſeu Imperii Miniſteriales vocatos eſſe conſtat g).

§. XIX.

Quorum origo in aulis Germaniae Imperatorum quaerenda.

Quae cum ita ſint Archiofficiorum origo in aulis Germaniae Regum a) inprimisque eorum, qui poſt Carolingos b) regno praefuerunt, quaerenda eſt. Res autem ita ſe habet. Inſtaurato per Carolum M. titulo Imperatorio ſubſequentes Imperatores vniuerſi terrarum orbis dominium ab Imperatoribus Romanis, qui ſe totius mundi dominos praedicabant c), ad ſe eorum vtpote ſucceſſores delatum putabant. Cuius rei formulae illae Alſaticae d), quae Ludouico I. imperante compoſitae ſunt, fidem faciunt, ibi enim Pontifex

g) conf. Dn. ESTOR loc. cit. §. *XVIII.* p. m. 25. ſeqq. add. Dn. RICCIVS comment. *Vom Landſaeſſigen Adel in Teutſchland* cap. V. §. IV. p. m. 44.

a) conf. CONRING. diſſ. de *officialib. Imper.* §. VI. ſeq. quae eſt decima in opere de *Republica* p. 539. Dn. MASCOV. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp.* §. III. p. m. 8. ſeq.

b) Conf. Dn. *Conrad. Frider. REINHARD* de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. III. not. 1. p. m. 104.

c) Hunc titulum occaſione aurei cuiusdam nummi, quem Didius Iulianus Imperator an. 193. cudi curauit, cuius antica ſtantis Auguſti imaginem & dextra tenentis globum addita epigraphe: RECTOR ~~[illegible]~~ ORBIS ortum atque ab Imperatoribus chriſtianis ductis in argumentum verbis Luc. 2. v. 1. ἐξῆλθε δόγμα παρὰ καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Promulgatum eſt edictum a Caeſare Auguſto, vt deſcriberetur totus orbis* ad poſteros propagatum eſſe adnotauit *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. IV. §. VII. lit. a. Tom. I. p. m. 375. ſeqq.

d) Quas edidit ſuoque commentario ad leges Salicas p. 234. ſubiunxit ab ECCARD add. diplom. Ludouici I. Imperat. cuius meminit *PFEFFINGER* loc. cit. p. m. 376.

Digitized by Google

ſex Romanus & Caeſar comparantur, vt vero ille in iis, quae ad ſacra ſpectant, mundi dominus praedicatur; ita huic in ciuilibus totius mundi imperium adſcribitur e). Cumque procedente tempore Principes prouinciis, quas olim magiſtratuum inſtar adminiſtrauerant f), iure hereditario ſibi adquiſitis proindeque potentia opibusque quaeſitis, quotidiana in aula Caeſarea officia detrectarent, Imperatores, quo ſua externe auguſtior fieret maieſtas, eos ad praeſtanda ſibi in

e) Subſtiterunt equidem ſubſequentes Imperatores in ea perſuaſione ſe totius mundi dominos eſſe, ſed tamen omnium maxime in vindicando ſibi eo titulo elaboraſſe Fridericum I. Imperatorem multis hiſtoriarum monumentis probauit PFEFFINGER loc. cit. p. m 376. add Dn. de LVDEVVIG *Comment. ad Aur. Bull.* Tit XXVI. § II. lit l. Tom II. p m. 667. Quin non pauci ICti a Seculo XII. doctrinam de uniuerſali Imperatorum orbis dominio acriter propugnarunt conf Dn ESTOR de *Miniſterial.* in not. ad §. *XV.* cap. I. p. m. 25. omnium tamen acerrime BARTOLVS *ad L. 24. π.* de *captiu. & poſtlim n. 7* qui eos haereticos dicere non dubitauit, qui negarent Imperatorem Germanicum vniuerſi terrarum orbis dominum eſſe. Quem recte vtique reprehendit BODINVS de *Republic.* Lib. *I.* c. *IX* n. 129. p. m. 203. namque ea iam pridem exploſa eſt doctrina conf. CARPZOV. ad *L. Regiam* Sect. IV. c. VII. n. 9 p. 172. add. PFEFFINGER loc. cit. vid. tamen Dn. MOSER *Bibliothec. iur. publ.* P. II. p. m. 748. ſeqq

f) Conf. *CONRING.* diſſ. de *Ducib. & Comitib Imper. Germ. Georg. Adam. STRVV. Syntagm. iur. feudal.* cap. I. §. IV. n. 3 ſeqq. p. m. 17 ſeqq. *Georg. Henr. BRVCKNER.* de *Domaniis regni Germanici* cap. III. n. II. ſeqq Part II Iuris domanialis ſeu ſylloge Tractatuum de domaniis p m. 16. *THOMAS. Selectt. capit. hiſtor. feud. Germ.* Tom. I *ſelect. feudal.* p. m. 25. *IDEM* diſſ. de *originib. feudal.* §. *XV.* l. c. p. m. 377. & §. *XXII.* p 416. *ITTER.* de *feudis Imperii* cap. I. §. *XI* ſeqq p. m. 21. ſeqq. Dn. *Burcard Gotth. STRVV.* de *allodiis Imperii* cap. II. §. *X.* ibique in not. p. m. 73 ſeq. vid. tamen *CAESARIN. FVRSTNERIVS* de *Supremat. Princip. German.* cap *XIV.* p. m. 60 ſeqq. qui a communi doctrina abhorrec alium viam demonſtrandi Principatuum German. originem eligens add. *Philipp. Theodor. VERPOORTENN.* orat. de *Ducatibus in veteri Germaniae regno hereditariis.*

Digitized by Google

mentio fiat, eadem enim, quae priorem modo ad obiectionem reſpondimus, hic repetenda ſunt. Namque iſtos miniſteriales ad diſtinctionem ſolum minorum miniſterialium, qui ex ordine militari lecti Principum miniſteriales dicebantur, Regni ſeu Imperii Miniſteriales vocatos eſſe conſtat g).

§. XIX.

Quorum origo in aulis Germaniae Imperatorum quaerenda.

Quae cum ita ſint Archiofficiorum origo in aulis Germaniae Regum a) inprimisque eorum, qui poſt Carolingos b) regno praefuerunt, quaerenda eſt. Res autem ita ſe habet. Inſtaurato per Carolum M. titulo Imperatorio ſubſequentes Imperatores vniuerſi terrarum orbis dominium ab Imperatoribus Romanis, qui ſe totius mundi dominos praedicabant c), ad ſe eorum vtpote ſucceſſores delatum putabant. Cuius rei formulae illae Alſaticae d), quae Ludouico I. imperante compoſitae ſunt, fidem faciunt, ibi enim Pontifex

g) conf. Dn. ESTOR loc. cit. §. *XVIII.* p. m. 25. ſeqq. add. Dn. RICCIVS comment. *Vom Landſaeſſigen Adel in Teutſchland* cap. V. §. IV. p. m. 44.

a) conf. CONRING. diſſ. de *officialib. Imper.* §. VI. ſeq. quae eſt decima in opere de *Republica* p. 539. Dn. MASCOV. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp.* §. III. p. m. 8. ſeq.

b) Conf. Dn. *Conrad. Frider. REINHARD* de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. III. not. 1. p. m. 104.

c) Hunc titulum occaſione aurei cuiusdam nummi, quem Didius Iulianus Imperator an. 193. cudi curauit, cuius antica ſtantis Auguſti imaginem & dextra tenentis globum addita epigraphe: RECTOR ~~SVS~~ ORBIS ortum atque ab Imperatoribus chriſtianis ductis in argumentum verbis Luc. 2. v. 1. ἐξῆλθε δόγμα παρὰ καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Promulgatum eſt edictum a Caeſare Auguſto, vt deſcriberetur totus orbis* ad poſteros propagatum eſſe adnotauit *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. IV. §. VII. lit. a. Tom. I. p. m. 375. ſeqq.

d) Quas edidit ſuoque commentario ad leges Salicas p. 234. ſubiunxit ab ECCARD add. diplom. Ludouici I. Imperat. cuius meminit *PFEFFINGER* loc. cit. p. m. 376.

Digitized by Google

ſex Romanus & Caeſar comparantur, vt vero ille in iis, quae ad ſacra ſpectant, mundi dominus praedicatur; ita huic in ciuilibus totius mundi imperium adſcribitur e). Cumque procedente tempore Principes prouinciis, quas olim magiſtratuum inſtar adminiſtrauerant f), iure hereditario ſibi adquiſitis proindeque potentia opibusque quaeſitis, quotidiana in aula Caeſarea officia detrectarent, Imperatores, quo ſua externe auguſtior fieret maieſtas, eos ad praeſtanda ſibi in

D actі-

e) Subſtiterunt equidem ſubſequentes Imperatores in ea perſuaſione ſe totius mundi dominos eſſe, ſed tamen omnium maxime in vindicando ſibi eo titulo elaboraſſe Fridericum I. Imperatorem multis hiſtoriarum monumentis probauit PFEFFINGER loc. cit. p. m. 376. add Dn. de LVDEVVIG *Comment. ad Aur. Bull.* Tit XXVI. § II. lit l. Tom II. p m. 667. Quin non pauci ICti a Seculo XII. doctrinam de uniuerſali Imperatorum orbis dominio acriter propugnarunt conf Dn ESTOR de *Miniſterial.* in not. ad §. *XV.* cap. I. p. m. 25. omnium tamen acerrime BARTOLVS *ad L. 24. π.* de *captiu. & poſtlim n. 7* qui eos haereticos dicere non dubitauit, qui negarent Imperatorem Germanicum vniuerſi terrarum orbis dominum eſſe. Quem recte vtique reprehendit BODINVS de *Republic,* Lib. *I.* c. *IX* n. 129. p. m. 203. namque ea iam pridem exploſa eſt doctrina conf. CARPZOV. ad *L. Regiam* Sect. IV. c. VII. n. 9 p. 172. add. PFEFFINGER loc. cit. vid. tamen Dn. MOSER *Bibliothec. iur. publ.* P. II. p. m. 748. ſeqq

f) Conf. *CONRING.* diſſ. de *Ducib. & Comitib Imper. Germ. Georg. Adam. STRVV. Syntagm. iur. feudal.* cap. I. §. IV. n. 3 ſeqq. p. m. 17 ſeqq. *Georg. Henr. BRVCKNER.* de *Domaniis regni Germanici* cap. III. n. II. ſeqq Part II Iuris domanialis ſeu ſylloge Tractatuum de domaniis p m. 16. *THOMAS. Select. capit. hiſtor. feud. Germ.* Tom. I *ſelect. feudal.* p. m. 25. *IDEM* diſſ. de *originib. feudal.* §. *XV.* l. c. p. m. 377. & §. *XXII.* p 416. *ITTER.* de *feudis Imperii* cap. I. §. *XI* ſeqq p. m. 21. ſeqq. Dn. *Burcard Gotth STRVV.* de *allodiis Imperii* cap. II. §. *X.* ibique in not. p. m. 73 ſeq. vid. tamen *CAESARIN. FVRSTNERIVS* de *Supremat. Princip. German.* cap *XIV.* p. m. 60 ſeqq. qui a communi doctrina abhorrere aliam viam demonſtrandi Principatuum German. originem eligens add. *Philipp. Theodor. VERPOORTENN.* orat. de *Ducatibus in veteri Germaniae regno hereditariis.*

Digitized by Google

actibus duntaxat ſolennibus miniſteria adhibere cœperunt g), quamuis tempus ſilentibus annalibus definire minus liceat h). Interim tamen Ottonis I. ſeu Magni aeuo hunc morem iam inualuiſſe non obſcure prodit WITICHINDVS i) monachus Corbeienſis, qui inaugurationem eius ita deſcribit: *Cum Otto M. an. 937. Aquisgrani inauguraretur, ſacrificio ſolenniter celebrato, deſcendebat Rex ad palatium & accedens ad menſam marmoream Regio apparatu ornatam reſedit cum pontificibus & omni populo,* Duces *vero miniſtrabant.* De Ottone III. Paſchatos feſtum Quedlinburgi an. 985. celebrante DITMARVS k) Epiſcopus Merſeburgenſis haecce refert: *Quatuor miniſtrabant* Duces *Henricus* (Dux Bauariae) *ad menſam, Conradus* (Dux Alemanniae) *ad cameram, Hezil* (C. P. Rheni) *ad cellam, Bernbardus* (Dux Saxoniae) *equis praefuit.* Atque ARNOLDVS l) Lubecenſis de comitiis a Friderico I. an. 1184. Moguntiae celebratis ita diſſerit: *Officium Dapiferi ſeu Pincernae. Camerarii ſeu Mareſchalli non niſi* Reges *vel* Duces *aut* Marchiones *adminiſtrabant.*

§. XX.

Ab Archiofficiis Electoralis collegii origo non incommode deducitur.

Vt vero Imperatorum German. maieſtas ex hoc ipſo non parum clareſcit, quod tales ſplendidiſſimos miniſteriis ſuis adhibuerint officiales, qui propriis ſtipati miniſtris maximam vtique ipſis conciliabant ſplendorem, qua in re ſane Imperatores Romanos, qui ſeruorum plerumque miniſterio vti

g) Conf. Dn. *REINHARD* de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. III. p. m. 103.

h) vid. *Frid. Lud.* N. D. de *BERGER animaduerſ.* ad *COCCEI. ius publ.* cap. XI. §. II. p. m. 159. ſeq.

i) Lib. II. *annal. pr.* apud *MEIBOM. ſcript. rer. Germ.* Tom. I. p. 643.

k) Lib. IV. *annal.* apud *LEIBNIT. ſcript. rer. Brunſuic.* Tom. I. p. 349.

l) Lib. II. c. IX. *Chron.* apud *PISTOR.* p. 428.

Digitized by Google

vti ſolebant a) longiſſime ſuperant; ita nec Principes ipſi ſuae dignitati indecora illa miniſteria vnquam habuere, quin potius certatim iſta ambierunt. Et quid impedit, quo minus dicamus a celſiſſimis his officiis Auguſtisſimos Imperii noſtri Electores originem ducere b). Nos equidem non fugit id in iure publico argumentum ob monumentorum penuriam maiorem in modum eſſe & obſcurum & controuerſum c); at ſi coniecturis rem adſequi licet, illa profecto maiorem prae ceteris veriſimilitudinis habet rationem, quae Electorum originem ab Archiofficiis repetit d).

§. XXI.

Antiquitus celſiſſima haec officia ambulatoria a) nec certis adſignata fuiſſe familiis, ex plurimis hiſtoriarum conſtat monumentis. Sic tempore Ottonis M. teſte WITICHINDO — *Archiofficia ab initio erant ambulatoria.*

D 2 b) *Gi-*

a) Conf. Dn. *ESTOR* de *Miniſterialib.* cap. I. §. XVI. not. *. p. m. 23.

b) add. §. XXIII.

c) conf. *ZIEGLER.* de *iurib. Maieſtatic.* Lib. I. c. XXVIII. §. III. p. m. 425. cuius verba: *Electorum prima poſt Caeſarem in Romano imperio eſt dignitas, origo tamen eorum tam obſcura, vt quid ſtatuendum ſit firmiter nemo adhuc dum ſciat, ſed probabilitatis tantum titulo amplexari ſententiam neceſſe eſt.* add. *VVENCKER. collect. Archiv. & Cancellar. iur.* p. m. 534.

d) vid. *KVLPISIVS in not.* ad *MONZAMBAN.* P. II. c. IV. §. I.-IV. p. m. 43. *CAESAR. FVRSTNERIVS* de *Supremat. Princip. Germ.* c. XLII. p. m. 197. *THOMASIVS in not.* ad *HVBER.* de *iur. ciuitatis* Lib. I. Sect. VII. c. V. §. 5. p. m. 269. *Conrad. Sam. SCHVRTZFLEISCH.* Volum. I. Epiſt. XII. add. Dn. ESTOR loc. cit. §. XXIII. p. m. 34. ſeq. Illi contra maxime decipiuntur, qui Electorale collegium ab Ottone III. Imperatore & Gregorio V. pontifice Romano conſtitutum putant. conf. Dn. *REINHARD* loc. cit. not. 14. p. m. 112.

a) Quin nec ad totius vitae ſpatium huic vel illi Principi tribuebantur, ſed in conuentibus Imperii iis, qui prae ceteris tum eminebant concredebantur. conf. Dn. REINHARD de *officiis Imper. Saxon.* Sect. II. §. IV. ſeq. p. m. 110. ſeqq.

Digitized by Google

b) *Giſelbertus* Dux Lotharingiae Magiſter Palatii erat, *Eberhardus* Dux Francorum Archidapiferi munus obibat, *Herimanno* Alemanniae Duci Archipincernae partes demandatae erant, atque *Arnulfus* Dux Bauariae Archimareſchalli munere fungebatur. At Ottone III. regnante ſecundum teſtimonium DITMARI c) Archimareſchalli obibat munus *Bernhardus* Dux Saxoniae, Archidapiferi partes ſuſtinebat *Henricus* Dux Bauariae, Archi camerarii praeditus erat munere *Conradus* Dux Alemanniae atque Archipincernae *Hezil* Comes Palatinus Rheni. Ex dictis facile perſpicitur Archiofficia certis etiam tum familiis non cohaeſiſſe, ſed ab Imperatoribus in Principes ſibi dilectos beneque de ſe Imperioque meritos pro arbitrio collata fuiſſe. Neque aliter ſe res habebat Conradi II. aeuo quem ad modum non obſcure prodit WIPPO d): *in diſpoſitione*, inquiens, *curiali*, *quem Rex* (Conradus II.) *Maiorem domus ſtatueret*, *quos Cubiculariorum Magiſtros* i. e. Camerarios, *Infertores* i. e. Dapiferos, *Pincernas & reliquos officiarios ordinaret diu non eſt ſuperſedendum - - quod nullius anteceſſoris ſui miniſteria aptius & honorificentius prouiſa memini vel legi.* Quo ipſo communis opinio e) ab Ottone III. haec officia cum certas in familias diſtributa, tum hereditaria facta ſatis

b) loc. cit. vid. §. XIX. lit. i. vbi poſt verba *Duces vero miniſtrabant* ita pergit: *Lothariorum Dux Giſelbertus, ad cuius poteſtatem locus ille* (Aquisgranum) *pertinebat, omnia procurabat,* Eberhardus *menſae praeerat,* Herimannus *Franco Pincernis;* Arnulfus *equeſtri ordini & eligendis locandisque caſtris praeerat.*

c) loc. cit. vid. §. XIX. lit. k.

d) In *Vita Conradi* apud PISTOR. *collect. ſcript. rer. German.* p. 467.

e) conf. SPEIDEL *ſpecul. obſeruat.* ſub voc. *Erb-Aembter* p. m. 285. *Primus autem Otto III. Imperator illuſtriſſima haec officia in certas familias diſtribuit & perpetua atque hereditaria fecit; & vt penes eosdem ac ſolos illos eſſet ius ac poteſtas eligendi Rom. Imperatorem, conſtituit.*

Digitized by Google

ſatis refellitur. Quodſi enim ille certis ea familiis iure adſignaſſet hereditario, quid cauſae, cur Conradus Imperator, Wippone perhibente, nouorum ſibi conſtituendorum officialium curam ſuſcepiſſet.

§. XXII.

Ex hoc tempore vsque ad Friderici I. Imperatoris aetatem raro horum officiorum apud ſcriptores fieri mentionem recte monet *Herman.* CONRINGIVS a). Tandem Fridericus I. in Maieſtate quippe Imperatoria amplificanda enitens vt nihil ſupra b) aulica illa miniſteria in vſum reuocauit. Sic Regem Daniae *Suenonem,* qui alias *Petrus* nominatur, eo ipſo anno, cum ad Imperatorium euectus erat faſtigium, nimirum an. 1152. Martisburgi Comitia celebranti c), poſt impetratam inueſtituram gladium praeferendo Mareſchalli munus exhibuiſſe teſtis eſt OTTO d) Friſingenſis: *Eſt conſuetudo,* inquiens, *curiae, vt Regna per gladium, Prouinciae per vexillum tradantur. Petrus igitur ab Imperatore coronatus gladium Imperatoris ſub corona incedentis portauit.* Itaque de illo an. 1184. Moguntiae comitia celebrante ſcribit ARNOLDVS e) Lubecenſis: *Officium Dapiferi ſeu Pincernae, Camerarii ſeu Mareſchalli non niſi* Reges *vel* Duces *aut* Marchiones

A Friderico I. Imperat. Archiofficia inſtaurata.

a) In diſſ. de *officialib Imper.* quae decima eſt in op. de *Republic.* §. XIII. p. 547 vid tamen OTTO Friſingenſis *Chron.* Lib III. c. XIX. qui de Lothario II. Imperatore Paſchatos feſtum an. 1134. Halberſtadii celebrante refert Regem Daniae *Magnum* ei ad aedes ſacras procedenti gladium praeferendo Mareſchalli munus exhibuiſſe add. Dn. STRVV. *Reichs-Hiſtor.* cap XVI. §. XXIX. p. m. 311.

b) conf. ad §. XIX. lit. c. notata,

c) vid Dn. STRVV. loc. cit. cap. XVII. §. XVIII. ſeq. p. m. 325. ſeq.

d) Lib. II. c. V. de geſt. Friderici I.

e) vid. §. XIX. lit. f.

nes *adminiſtrabant*. Ex quibus verbis perſpicuum eſt Archiofficia tum temporis ad vagas adhuc dignitates ſpectaſſe, nec dum fixas ſedes habuiſſe f).

§. XXIII.

Archiofficia circa interregni tempora hereditaria facta probatur.

Aſt quo demum tempore Archiofficia vere hereditaria effecta & quomodo? hoc omnino dubium. Alii enim omni ea tempore hereditaria fuiſſe autumant a); Alii iſta ab Ottone III. hereditariae indolis naturam accepiſſe putant b); Alii huius rei autorem faciunt Henricum II. Imperatorem c); Alii denique hoc Friderico I. tribuunt d). Verum enim vero cum neutra opinio per ea, quae de Archiofficiorum indole hactenus diſſeruimus, adſenſum mereatur, hinc ſe magis nobis probat ſententia Friderici Ludouici N. D. de BERGER e), qui poſt Friderici I. demum tempora ſenſim iſta ad certas terras vel familias adſtricta ſtatuit. Neque a vero aberrabimus, ſi id potiſſimum turbulento illi Germaniae ſtatui, qui vulgo inter-

f) conf. Dn. de LVDEVVIG. *comment. ad Aur. Bull.* Tit. XXVII §. II. Tom. II. p. m. 670. *Frid. Ludouic.* N. D. de BERGER comment. de *Archiofficiis Regni Teutonici* adnimaduerſionibus COCCEI. *ius publ.* ſubiuncta §. III. p. m. 679. vid. tamen PFEFFINGER *Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. XIII. pr. lit. b. Tom. I. p. m. 1020. qui ex verbis Arnoldi Lubecenſis Fridericum I. Imperat. Archiofficia iisdem, quae hodienum iis funguntur, familiis adſignaſſe eaque hereditaria reddidiſſe, colligi poſſe ſibi perſuadet ſuamque ſententiam variis firmare adnititur coniecturis. Verum enim vero cum neque ex ipſis verbis horum quid concludi queat, neque ſcriptores coaeui huius rei meminerint, qui ſine dubio hac de re, tanti quae eſt momenti, ſi facta eſſet, mentionem facturi fuiſſent, cum leuia non nunquam facta ab ipſis conſignata videamus, hinc haud iniuria fortaſſis hanc in dubium vocamus ſententiam.

a) vid. COCCEI. *prudent. iur. publ* cap. *XII.* §. *IX.* p. m. 233.

b) vid. §. *XXI.* lit. e. add. CARPZOV. ad *L. Regiam* Sect. VI. c. *X.* p. 249.

c) CARPZOV. loc. cit.

d) vid. PFEFFINGER loc. ad §. praec. lit. f. citat.

e) *Frid. Lud.* N. D. de BERGER loc. ad §. praec. lit. f. citat. p. m. 678.

Digitized by Google

interregnum vocatur, adſcribendum eſſe adſeramus f). Vt enim iſta tempeſtate Ordines Imperii omnia ſua iura facili negotio firmarunt; ita nec minus Archi principes officia illa vna cum Imperatoris eligendi praerogativa (§. XX.) excluſis reliquis Imperii Statibus, ſibi vindicaſſe nihil eſt quod dubitemus. Quae coniectura eo iuuatur, quod nulla hactenus conſtitutio reperta, ex qua Proceribus Imperii Archiofficialem dignitatem iure perpetuo hereditarioque conceſſam adpareat. Tranquillatis autem Germaniae rebus auſpicatiſſima illa Rudolphi Habſpurgici Imperatoris electione, mox lite de Archipincernae dignitate inter Bohemiae Regem Ducemque Bauariae ſuborta, illi huius muneris praerogativam eſſe adiudicatam, ex Conſtitutione a dicto Imperatore an. 1292. Erfordiae publicata g), cognoſcitur. Tandem Carolus IV. Imperator notiſſima illa Imperiali ſanctione an. 1356. promulgata, quam *Auream Bullam* vocamus, Archiofficiis certa ac perpetua forma praeſcripta h) Archi principibus dignitatum praerogatiuas pleniſſime confirmauit.

§. XXIV.

f) conf. BECMANN. *Notit. dignitat. illuſtr.* diſſ. VIII. cap. II. §. IV. p. m. 228. - - *interea arbitramur turbulentum interregni ſtatum* poſt *Fridericum II. veluti aliis ſtatibus liberis Imperii vel certa muneris ſui initia vel ſolidiora ſaltem incrementa dediſſe eaque poſt modo per Aur. Bull. confirmata fuiſſe. Nam ante iſta tempora ius eligendi Imperatorem penes vniuerſos aut ſaltem ſeptenario numero plures Principes fuiſſe docemur Edict. Principſum imper. de obitu Henrici V. Imperat. & noua electione facienda an. 1126.* add. RHETIVS comment. ad *Ius feudal. Longobard.* Lib. I. Tit. I. p. m. 66. Dn. STRVV. *Reichs-Hiſtor.* cap. *XXII.* §. XV. p. m. 417.

g) vid. GOLDAST. Tom vn. *Conſtit. Imperial.* p. 85.

h) Quamquam autem ante Aur. Bull. a Carolo IV. conditam Archiofficia fixas iam ſedes habuiſſe certum ſit, ea tamen obſeruantia potiſſimum nulla lege Imperii publica nitebantur. vid. KVLPISIVS diſſ. de *Obſeruant. Imperial.* §. *XXV.* CONRING. diſſ. de *Officialib. Imper.* §. *XIV.* p. 549.

in

§. XXIV.

De Archimareſchalli dignitate ad Duces Saxon. ſpectante.

His praemiſſis de Celſiſſ. Archimareſchalli officio, cuius gratia in antiquitatem originemque Archiofficiorum hactenus inquiſiuimus, pauca quaedam pro inſtituti ratione perſequamur neceſſe eſt. Auguſtum hoc officium, quod in Germaniae Imperatorum aulis longo iam abhinc tempore viguit a), diu ante Aur. Bull. promulgationem ad Saxoniae Duces ſpectaſſe cum Aur. Bull. verbis b), tum diplomatum fide conſtat. Sic Rudolphum I. Aſcanium Alberti II. filium iam an. 1325. Archimareſchalli titulum ſibi adſcripſiſſe eumque poſtea perpetuo vſurpaſſe ex variis diplomatibus, quae exhibet Dn. de LVDEWIG c), videre licet. Tandem haec dignitas

in op. de *Republ.* conf. Dn. REINHARD de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. V p. m. 115.

a) vid. ſupr. §. *XIX.*

b) Tit. IV. §. V. ibi: *Dux Saxoniae Mareſchallus officium exercebit, vt ſolitum eſt fieri ab antiquo.*

c) In *Reliq. Manuſcript. diplomat.* Tom. I. p. 310. vbi ſub Num. CCXVI. diploma de an. 1325. producit, quod ita incipit: *Rudolfus Dei gratia dux Saxonie, Angarie, VVeſtfalie & Comes in Bren ſacrique Imperii Archimarſchallus.* Add. diplomata ſub Num. CCXXII. CCXXIII CCXXIV. p. 317. ſeqq. Huc quoque ſpectat diploma ſub Num. CCXXV. p. 321. cuius initium: *VVir Rudolf herzoge tzu Sachſin, Angirn und VVeſtfaln, grave tzu Bren, burcgrave tzu Meideburg des heiligen Roemiſchen Rychs erze marſchalck* &c. add. diplomata ſub Num. CCXXVII. CCXXVIII. p. 334. conf. SCHVRTZFLEISCH. diſſ. de *Vitric. eccleſ.* §. VIII. p. 10. ſeq. Equidem GOLDASTVS de *Regno Bohemiae* in appendice documentorum p. 151. diploma quoddam producit, ex quo adparet, Albertum II. Saxoniae Ducem Electoris Archimareſchallique titulo iam an. 1292. vſum eſſe, verum huius diplomatis falſitatem non ſolum detexit Dn. de LVDEVVIG *comment. ad Aur. Bull.* Tit. XXVII. ſed & in *reliq. Manuſcript. diplomat.* ſub num. CXXX. p. 184. recentius quoddam diploma de an 1297 produxit, vbi ſe neque Electorem neque Archimareſchallum vocat Albertus. Ita vero titulus eius: *Albertus dei gratia Saxonie, Angarie & VVeſtfalie*

dignitas poſt mortem Alberti III. vltimi ex familia Aſcaniorum, ex Sigismundi Imperatoris conceſſione Friderico cognomine *Bellicoſo* an. 1423. Poſonii facta d), in eam, in qua nunc verſatur, Sereniſſimorum Thuringiae Landgrauiorum Miſniaeque Marchionum familiam tranſiit. Nam defuncto Alberto an. 1422. absque prole de eiusque ſucceſſione Electore Brandenburgico Friderico I. atque Erico V. Duce Lauenburgico diſceptantibus e), Sigismundus Imperator Friderico Bellicoſo Miſniae Marchioni Thuringiaeque Landgrauio

E multis

ſaliae dux & comes de Bren. vid. quoque Dn. REINHARD de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. XVII. p. m. 145. ſeq. Quo autem tempore Electorale axioma cum Archimareſchalli titulo coniungi coeperit, docet SCHVRTZFLEISCH. loc. cit & in not. ad BOIEMI *vitam Alberti III.* p. 112. cuius verba: *tum huc attinet obſeruari, ipſos etiam Saxoniae duces haud Aſcanios, qui ab Conrado Timonis filio deſcendunt, illius ſcribendi moris non fuiſſe immemores & Fridericum I. Bellicoſumque, filium huius Fridericum Placidum fere contentos fuiſſe ſcribere ſe Sacri Imperii Archimareſchallos, donec* Erneſtus *vtrumque titulum* Archimareſchalli Electorisque *coniungeret, atque ab eo tempore haec ſcribendi ratio atque conſuetudo firma ſtabilisque permaneret.* Ceterum illud notatu dignum, quod in diplomatibus tam antiquioribus quam recentioribus Archimareſchalli axioma titulo Electoris praeponatur. Cuius rei ratio in eo poſita videtur, quod Archimareſchalli officium Electorali dignitate non ſolum eſt longe antiquius, verum etiam illius titulus hoc prius adhiberi coepit conf. Dn. REINHARD de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. XVII. not. 8. p. m. 146. Noſtra aetate titulorum talis ſolet eſſe ordo, vt poſt titulum *Hertzog zu Sachſen* inſerantur verba *Jülich, Cleve und Berg, auch Engern und VVeſtphalen*, quae demum excipit Archiofficii titulus vna cum Electorali axiomate hunc in modum: *des Heil. Roem. Reichs Ertz-Marſchall und Churfürſt.*

d) *Georg. FABRIC. origin. Saxon.* Lib. VII. p. 696. *Io Sebaſt. MVLLER annal. Saxon.* ad an. 1423 p. m. 11. add. omnino Dn. *HORN. Vita Friderici Bellicoſi* Sect. V. p. 157. ſeqq.

e) Conf. FABRIC. l. c. p. 695. *Albert.* CRANTZ *Saxonia* Lib. XI. c. 10. p. 792. *Io. Ioachim MVLLER. Reichs-Tags-Theatr.* Sect. V. cap. XIII. Dn. *HORN. Vita Friderici Bellicoſi* Sect. V. p. 167. ſeqq. add. *BIRCKENS Sächſiſchen Helden-Saal* Part. II. in not. p. m. 14. ſeqq. edit. de an. 1734.

Digitized by Google

multis magnisque apud ſe valenti meritis f) Saxoniam vna cum Electoratu atque Archimareſchallatu Palatinatuque ſolenni inueſtitura Budae an. 1425. contulit g).

§. XXV.

In definiendo Archimareſchalli officio Dd. iur. publ. non conueniunt.

Ad ipſum Archimareſchalli officium quod attinet, in definiendo eo non omnino conueniunt iuris publici Doctores a). Alii enim Supremum Stabuli Praefectum; Alii Supremum Campi mareſchallum; Alii denique Supremum criminalis iudicii Praeſidem Archimareſchalli nomine deſignari putant b). Quanquam vero neutrum horum nominum per ſe

f) Conf. B. *Io. Burchard.* MENCKEN. diſſ. de *Saxoniae Electoratu Friderico Bellicoſo iure meritoque collato.*

g) Literas inueſtiturae exhibet ALBINVS *chron Miſn.* Tit XVI. p. 212. LVNIG. *im Reichs-Archiv* Part. ſpec. P. II. p. 6. conf. MVLLER. *annal. Saxon.* ad an. 1425. p. m. 13. & filius *Io. Ioachim.* MVLLER. *im Reichs-Tags-Theatr.* l. c. Decipitur ergo IMHOFIVS, qui *Notit. S. R. Imp. Procer.* Lib. II. c. VII. p. m. 50. annum conceſſionis cum anno, quo inueſtitura facta, confundens Saxoniam vna cum dignitatibus adnexis Friderico Bellicoſo an. 1423. Poſonii ſolenni inueſtitura collatam ſcribit.

a) Archimareſchallus prae ceteris omnino eminet Archiofficialibus. Namque eius Archimunus, quod cum tot tantisque eximiis iuribus coniunctum, non vti reliqua meris abſoluitur ceremoniis. Non enim ſolum in actibus ſolennibus cum reliquis Archiofficialibus Imperatori miniſterium praeſtat, ſed & multa inſuper, excluſis illis, cum in expeditionibus Imperii bellicis, tum in comitiis & quoties electio vel inauguratio Imperatoris ſuſcipienda, ipſius cura relicta, prout ex ſequentibus patebit. Minime ergo probanda eſt ſententia CAESARIN. FVRSTNERII de Archiofficiis in Tr. de *Supremat. Princip. Germ.* cap. XLII. p. m. 197. indiſcriminatim ita differentis: *Officia illa hereditaria Imperii Cancellarii, Pincernae, Dapiferi, Mareſchalli, Camerarii Theſaurarii hodie magis ad ſolennes pompas quam publicos vſus referuntur.* Merito enim cum Archicancellarius, vtpote cuius munia tam in rebus iudiciariis Imperii, quam in comitiis circa directionem negotiorum comitialium ſeſe exſerunt vid. infr. *§. XXIX.* h. Sect. tum Archimareſchallus excipiendi fuiſſent, vt vt de reliquis eum vera profiteri negari nequeat.

b) vid. GIOVANNI *German. Princip.* Lib. V. c. IV. §. I. p. 112. add. *Frid. Lud.*

Digitized by Google

ſe admitti queat c), ea tamen cum omnia vtique Celſiſſimo Archimareſchallo conueniant, facili negotio conciliari poſſe cenſemus c). Liquet autem ex antecedentibus (§. III. IV.) Stabuli Praefectis ſeu Mareſchallis, cum in bello verſari coeperint, militiae praefecturam eſſe demandatam, ita, vt qui equis Regis praeeſſet Praefecti ſimul bellici partes ſuſtineret. At vero de Archimareſchalli officio idem quoque dicendum. Namque Arnulfus Bauariae Dux Ottonis M. aeuo non rei equeſtri d) ſolum atque eligendis locandisque caſtris praefuit, verum etiam exercitum duxit aduerſus Hunnos e), quid? quod iurisdictionis exercitium Archimareſchalli officio nunquam non coniunctum fuiſſe ex infra dicendis patebit f). Itaque de diuerſis huius officii nominibus facillime iudicari poteſt.

§. XXVI.

Cum autem Archimareſchalli munia partim militiam partim negotia cum in electione atque inauguratione Imperatoris, tum in comitiis expedienda reſpiciant, auguſtum hoc officium commode in militare atque aulicum diſpeſci poſſe perſpicuum eſt a). Ad illud ſpectat 1.) diſciplina militaris in ſo-

Archimareſchalli officium partim eſt militare, partim aulicum. Recenſentur munia ad offic militare ſpectantia.

Lud. N. D. de BERGER *animaduerſ.* ad COCCEI. *ius publ.* cap. *XIV.* §. *XIV.* p. 213.

c) At vero *VVAGENSEILIO* de *S. R. Imp. officialib.* cap. VIII. §. V. p. 51. & c. X. p. 153. aliisque, vid. §. *XVIII.* lit. b. qui auguſti huius officii originem ex aula Romana repetentes illud Praefecti Praetorio muneri ſurrogatum contendunt, haud quaquam adſentiri poſſumus conf. Dn. MASCOV. diſſ. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp.* §. *XXXIII.* p. m. 35.

d) Vnde Praefectura Stabuli ſat elicitur vid. ſupr. §. II. lit. e.

e) conf. N. D. de BERGER loc. cit.

f) vid. Sect. II Membr. I §. I.

a) Conf. N. D. de BERGER *animaduerſ.* ad COCCEI. *prud. iur. publ.* cap. *XIV.* §. *XIV.* p. m. 213.

ſolennioribus Imperii expeditionibus, quibus Imperator vel Rex Romanorum intereſt b). Virtute huius muneris Archimareſchallus ordines inſtruit, omnesque alios Imperii Status eorumque copias cum ſuis militibus praecedit c), ſuisque cum copiis ſi proelium committendum, in prima conſiſtens acie proelium orditur d). Ad Archimareſchalli munus militare pertinet II.) ius ferendi Imperialis vexilli maioris ſeu primarii *des Heil. Roem. Reichs Haupt-Fahne* e) in expeditionibus ſcilicet bellicis, quibus Imperator vel Rex Romanorum praeſto eſt. Quamquam autem noſtra aetate, mutata mirum in modum expeditionum bellicarum facie in noſtro Imperio, Archimareſchalli ius circa ferendum vexillum in vſum venire non ſoleat, id tamen ideo eſſe plane exſtinctum haud

b) conf. *Europäiſch. Herold* Tom. I. p. 250. ibi; *bey Reichs-Feld-Zügen, wann ein Roemiſcher Kayſer oder Koenig zu Felde gehet, führet Chur-Sachſen die Kriegs-Juſtiz, Schwerd und Regiment und die Gerechtigkeit, die dazu gehoeret.*

c) vid. THVLEMAR. de *octouirat.* cap. *XVI.* §. *XII.* p. m. 194. ab HAVGVVITZ de *Regni & Aulae Mareſchall.* cap. VII. Sect I. n. 16. p. m. 228. *Europ. Herold* loc. cit. Dn. REINHARD de *offic. Imp. Saxon.* Sect. II. §. XIV. p. m. 139.

d) Hinc Saxo in vetuſtioribus annalibus vocatur Supremus caſtrorum Praefectus *der obriſte Feld-Hauptmann* vid. N. D. de BERGER. loc. cit. p. m. 214. & apud exteros audit *General né de l'Empire* vid. Dn. ab *HAVGVVITZ* l. c. n. 5 p. m. 219.

e) Conf. Dn. ab *HAVGVVITZ* l. c. n. 17. p. m. 229. *Europ. Herold* loc. cit. Dn. *REINHARD* l. c. add. Dn. *Io. Mich. VVEINRICH.* diſſ. de *Vexillis & Vexilliferis* an. 1710. Erfordiae publicata. Hoc vexillum ciuitati Argentoratenſi vindicare fruſtra conatur *Vlric. OBRECHT.* de *Vexill. Imper.* cap. IV. p. 24. confutatus a Dn. *REINHARD* l. c. aliisque. Ceterum ius vexilli ferendi, ſi ipſe Rex praeliis intererat, Seneſchallis iam olim competiiſſe ſupra §. *XV.* oſtendimus. Hinc manifeſtum eſt Archimareſchallum ex Seneſchalli officio, quippe quod in Mareſchallos translatum (§. *XVI.*), id muneris retinuiſſe. add. §. ſeqq.

Digitized by Google

haud cenſendum f). Nam cum rumor eſſet Serenisſ. Electori Hanouerano D. Erneſto Auguſto Archiuexilliferi munus collatum iri, D. Fridericus Auguſtus Poloniarum Rex Saxoniaeque Elector id operam dedit, vt contradicendo ius ſibi competens ſartum tectumque conſeruaret g). Cumque ipſi, qui Serenisſ. Domus Brunſuico Lüneburg. partes tuerentur, confiteri neceſſe haberent Vexilliferi munus Archimareſchalli officio nunquam non fuiſſe coniunctum, totum abrumpi coepit negotium, maxime cum Potentisſ. Elector D. GEORGIVS Ludouicus de Architheſaurarii officio an. 1710. d. 12. April. inueſtitus eſſet h). Atque hoc titulo Potentisſ. Elector Georgius Auguſtus, re in comitiis de nouo Archiofficio conſtituendo nondum expedita, etiamnum vtitur, quamuis non ſine contradictione Serenisſ. Electoris Palatini i). A munere Archimareſchalli militari dimanat III.) ius protectionis in Tubicines & Tympaniſtas, quapropter Auguſtisſ. Saxoniae Elector audit *derer Hof-und Feld-Trompeter, wie auch*

 Hof-

f) vid. Sect II. Membr. I. §. VII. lit. c.

g) Inprimis Serenisſ. Duces VVürtenberg. Imperialis vexilli minoris *des Heil. Roem. Reichs Sturm-Fahne* ferendi ius ſibi vindicantes Sereniſſimo Electori D. Erneſto Auguſto de *Archivexilliferi* munere litem mouerunt vid. PFEFFINGER *Vitriar illuſtrat.* Lib. III. Tit. XII. §. XLII. n. X. Tom. III p. m. 962. ſeqq. vbi ſcripta ab vtraque parte eo nomine publicata, quae exſtant in LVNIG *Grundfeſte Europäiſch Potenz. gerechtſam.* P. I. p. 574. ſeqq. itemque THVCELII *elect. iur. public.* cap. IV. p. 130 ſeqq. eorumque argumenta recenſet. Ceterum in defendendo Serenisſ. Ducum VVürtenberg. iure eniſus eſt Dn. VVEINLAND diſſ. de *Vexillo Imperii primario.*

h) vid. tamen capitulat. nouisſ. Art. III. §. *den mit Einwilligung* &c.

i) vid. Dn. MOSER. *Reichs Fam.* Tom. I. p. 179. 283. Tom. II. p. 253. 379. Tom. III. p. 571. Tom. IV. p. 595. & Tom. VIII. p. 235.

Hof- und Heer-Paucker hoher Patron und Richter k) & denique IV.) ius excubiarum & praeſidii aulici in ſolennibus Imperii conuentibus l).

§. XXVII.

Enumerantur functiones ex Archimareſchalli officio aulico pendentes.

Ex Archimareſchalli officio aulico, quod Praefecturam ſtabuli pariter atque antiqui Manſionarii a) Seneſchallique b) quasdam partes ſimul complectitur c) pendet I.) functio illa, quae ſecundum Aur. Bull. d) in coronatione Imperatoris vel Regis Romanorum immiſſione equi in aceruum auenae peragitur.

k) conf. VVILDVOGEL. diſſ. de *Buccinatoribus eorumque iure* add. PFEFFINGER l. c. p. m. 925. Huius quidem iuris exercitium Status Imperii Auguſtiſſ. Sax. Electori in expeditionibus bellicis aut conuentibus Imperii Archimareſchalli officium obeunti haud quaquam denegant, at vero de eo controuerſia eſt, an Buccinatores & Tympaniſtae Statuum in rebus ad artem vel ſtatum eorum ſpectantibus coram collegio Buccinatorum Dreſdenſium vulgo *der Chur Saechſiſchen Cameradſchafft* conueniendi, ſi forte lis extra conuentus publicos vel expeditiones bellicas in aula cuiusdam ſtatus oriatur? Negotium plerumque defendunt ſtatus ſibi eiusmodi controuerſias decidendi facultatem vindicantes vid. L. B. de LYNCKER Cent. XIV. Dec. 1351. p. m. 349. ſed pro adfirmatiua pugnat perill. *AVTOR des Europ. Herolds* Tom. I. p. 253. conf. Dn. REINHARD de *offic. Imper. Saxon.* Sect. II. §. XV. p. m. 140. ſeqq.

l) *MYLER* ab *EHRENBACH* in *addit. ad RVMELIN.* in *Aur. Bull.* P. II. diſſ. III. §. XV. n. IV. p. m. 420. add. PFEFFINGER l. c. Tit. *XI.* §. II. p. m. 815.

a) Olim peculiare in Palatiis Regum Francorum officium erat Manſionarii, qui curam habebat, quo Rex vbique parata hoſpitia inueniret vid. *Hieronym.* BIGNON. in *not. ad Formul. Marculphi* apud *BALVTZ.* Tom. II. *Capitular.* p. 911. add. HINCMAR. *epiſtol. ad ordin. Franc.* cap. XXIII. apud du CHESNE *collect. ſcript. hiſt. Franc.* Tom. II. p. 493. quod cum Mareſchalli tandem officio coaluit conf. *THOMAS.* diſſ. de *Autore libri Veteris de beneficiis*, quae exſtat in *EIVSD. ſelect. feudal.* Tom. I. §. XLIII. p. m. 175.

b) vid. ſupr. §. XIV. XV. XVI.

c) conf. Dn. MASCOV. diſſ. de *originib. offic. aulic. S. R. Imp.* §. *XXXIV.* *p. m.* 31.

d) *Tit. XXVII.* §. *I.*

Digitized by Google

agitur. II.) Cura rei annonariae e) tam in vniuerſalibus quam particularibus elect. ſcilicet atque inaugurat. comitiis. Idcirco ad Archimareſchalli officium ſpectat, vt leges ad cohibendam annonae caritatem accommodatae vulgo *Policey und Tax-Ordnungen* ferantur, quo omnia iuſto pretio veneant rerumque ad victum pertinentium copia adſit, ne ciuitas, vbi comitia habentur, ob aduentantium numerum caritate prematur f). Ad Archimareſchalli officium ſpectat III.) cura hoſpitiorum in comitiis. Quo circa Archimareſchalli nomine Vicemareſchallus comes de Pappenheim per metatorem *den Reichs Quartiermeiſter* Statibus Imperii eorumque pariter atque exterorum Regum Principumque Legatis in comitiis praeſentibus hoſpitia adſignat foribusque nomina inſcribit g), quo inſcio atque inconſulto nemini hoſpitium occupare permiſſum eſt h). Ex Archimareſchalli officio pendet IV.) iurisdictio in Principum Legatorumque in comitiis praeſentium miniſtros comitesque i). V.) Ductus agminis in Caeſaris introitu k). VI.) Introductio nouorum Statuum in collegium Principum l). VII.) conuocatio ordinum

e) vid. *FABRI Staats-Cantzley Tom. IV. cap. XI. n. II. p. 586. ſeqq.*

f) Taxam nouiſſimam in elect. atque inaugurat. comitiis an. 1711. Francofurti ad Moenum publicatam exhibet FABER *in der Staats-Cantzley Tom. XVIII. cap. VI. n. VI. p. 427.*

g) vid. *HERDENS Grundfeſte des Heil. Roem. Reichs Sect. I. c. VI. p. m. 38. ſeq.*

h) RVMELIN *ad Aur. Bull.* P. II. diſſ. III. §. XIV. ibique MYLER ab *EHRENBACH in addition.* p. m. 418. ſeq.

i) vid. Sect. II. Membr. I.

k) *THVLEMAR* de *octouirat. cap. XVI. §. XII. ſeq. p. m. 194. ſeq.*

l) *RVMELIN. loc. cit. p. m. 421.*

num Imperii, quoties deliberationes inſtituendae m), tranſmiſſa tamen prius e Cancellaria Eminentiſſimi Electoris Moguntini Schedula vel ad ipſum Archi-Mareſchallum praeſentem, vel in eius abſentia ad Pappenheimium n) idque *die Anſage* vocant. VIII.) Collectio votorum in Collegio Principum vulgo *die Umfrage* o). IX.) Directorium in comitiis, ſede Moguntina vacante vel legato Moguntino abſente aut impedito, ſibi etiam vindicat, ſed praeter alios, Capitulum Metropolitanum Moguntinum, praeprimis ſi ſedes vacet, contradicit p) Illud quoque omnino hic notandum, quod vicaria Potentiſſimo Saxoniae Electori in Imperio, hoc vacante, competens poteſtas ex Archimareſchallatu pendeat q). Haec ſunt praecipua Archimareſchalli munia, quae ſummatim hic atti-

m) conf HERDENS *Grundfeſte des H. R. Reichs* Sect. II. c. III. p. m. 89 add. *Vertrag wegen der Anſage zwiſchen Chur-Mayntz und Chur-Sachſen* de an. 1562. apud LVNIG *im Reichs-Archiv.* Part. ſpec. III. *Abtheil.* I. *Abſatz* §. CLVI. p. 396.

n) vid. LIMN. *ius publ.* Lib. IX. c. I. n. 131.

o) vid. *HERDENS Grundfeſte des H. R. Reichs* Sect. II. c. V. p. m. 106. iung. *Vertrag wegen der Umfrage zwiſchen Chur-Maynz und Chur-Sachſen* de an. 1529. ap. LVNIG loc. cit. §. CLV. p. 395.

p) conf. B. *Mich. Henr.* GRIEBNER. de *Directorio, quod Archicancellario mortuo, abſente vel impedito Imperii Archimareſchallo competit* vid. tamen Dn. MOSER. *Reichs Fam.* Tom. IV. p. 665. Tom. V. p. 275. Tom. VI. p. 306. Tom. X. p. 789. Tom. XII. p. 175. *Vitriar. Inſt. iur. publ. lib. IV. tit. I. n. 21.* & ibidem PFEFFINGER.

q) conf. Dn. REINHARD. de *offic. Imper. Saxon. Sect. III.* §. V. p. m. 156. ſeqq. Dn. *Carol Otto* RECHENBERG *Programm.* an. 1712. Lipſiae promulgat. qui Vicariatus Saxonici natales contra communem iuris publici Doctorum ſententiam, eam poteſtatem Palatinatui vindicantium, ex Archimareſchallatu recte repetunt. Iura Vicariorum Imperii Germanici diſtincte propoſuit Dn. *Burcard. Gotth.* STRVV. *in der hiſtoriſchen Nachricht von denen Vicariaten des Heil. Roem. Reichs.* Huc quoque ſpectant binae diſſertationes a Dn. *Io. Balthaſ.* VVERNHERO an. 1711.

Digitized by Google

attigiſſe ſufficiat r), cum pro inſtituti noſtri ratione ea tantum modum officii Archimareſchallici pars, in re iudiciaria adminiſtranda conſiſtens, ad nos pertineat, quam Sect. ſq. Membr. I. paullo vberius ſumus explanaturi.

§. XXVIII.

Atque haec quidem hactenus de Archiofficiis, pergamus ad vicaria horum officia *des Heil. Roem. Reichs Erb-Aembter* dicta. Cum autem itidem incertum ſit tempus cum quo coeperint haec officia, tum quo hereditaria facta, de Archiofficiis dicta hic adplicanda ſunt. Nam ſi ipſa Archiofficia ſero hereditaria facta, id multo magis ſub officiis accidiſſe admodum veriſimile eſt a). De his officiis notandum, quod Subofficiales ea ab Electoribus in feudum recognoſcant. Qua- De ſubofficiis eorumque origine.

F do

1711. VVittenbergae editae, quarum altera agit de *iuribus Vicariorum S. R. Imp. in Aur. Bulla expreſſis*, altera *iura* exponit *Vicariorum S. R. Imp. in Aur. Bull. non expreſſis* add. EIVSDEM *obſeruat. forenſ.* Vol. II. Part. III. obſeruat. CXVI. p. m. 279. ſeqq. GRIEBNER. *Spicileg. obſeruat. Miſcellan. de Vicariis Imperii* &c. Speciatim vero ad illuſtranda Vicariatus Saxonici iura facit GRIEBNER diſſ. *de terris iuris Saxonici Von denen Landen des Saechſiſchen Rechts und denen in das Saechſiſche Vicariat gehoerigen Enden;* HARTMANN. de *Vicariatu Saxonico per Friſiam Orientalem* Dn. KREGEL de *Vicariatu Saxonico in caſu abſentiae Imperatoris.*

r) Quorum vberiorem ſuppeditat explicationem Dn. REINHARD. de *offic. Imp. Saxon.* Sect. II. §. X-XIII. p. m. 121. ſeqq. add. *Diarium electionis Caroli VI. Imperatoris noſtri Clementiſſ.*

a) vid. tamen Dn. de LVDEVVIG *comment. ad Aur. Bull.* Tit. *XXVII.* §. *VII.* Tom. II. p. m. 408. qui Subofficia antiquitate non ſolum ſuperare Archiofficia verum etiam citius hereditaria facta ſtatuit. At enim deficientibus probationibus ea ſententia, quam nos propugnauimus, verior videtur. Oſtendunt quippe ſubſcriptiones multorum diplomatum, quae ſumma cum induſtria congeſſit *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. III. Tit. *XI.* §. II. Tom. III. p. m. 791. ſeqq. ante Aur. Bull. promulgationem modo ex hac, modo ex illa familia Subofficiales lectos eſſe, quod fieri non potuiſſet, ſi haec officia certis iam tum familiis adſignata fuiſſent.

Digitized by Google

de cauſa exſtincta penitus Vicarii cuiusdam familia iis integrum eſt ſuo arbitratu aliam eligere b). Porro notanda inſignis Archiofficiorum Subofficiorumque differentia, haec perſonam ſequuntur minimeque territoriis cohaerent, quo circa omnes, qui de eadem ſunt familia, officii titulo vtuntur, ipſius autem muneris exercitium, propterea quod ius primogeniturae hic non attenditur, familiae Senioris proprium eſt. Sic ex. cauſ. omnes comites de Pappenheim titulo pariter atque inſignibus Vicemareſchallatus vtuntur c), ſoli tamen familiae Seniori muneris huius exercitium competit; illa vero nimirum Archiofficia territoriis cohaerent, quam ob rem cum Archiofficii titulus atque inſignium vſus, tum ipſius muneris exercitium ad illum tantum ſpectat, ad quem ſecundum ius primogeniturae ſucceſſio deuoluitur d) reliqui autem, qui ſunt de familia Electorali tam ab Archiofficii titulo, quam inſignium vſu excluduntur.

§. XXIX.

Quinam Electorum ſubofficialibus inſtructi?

Quamquam autem Electores Seculares, quorum ſecundum Aur. Bullam a) ſunt *quatuor*, ſecundum Inſtrument. pac. Weſtphalic. b) *quinque*, hodie vero *ſex* c) ſuos habeant Subofficia-

b) Conf. *LIMNAEVS ad Aur. Bull.* cap. *XXIX.* §. *I.* obſeruat. VIII. p. 651.

c) Et quidem ex deciſione D. Auguſti Sax. Electoris, qui litem inter Comites de Pappenheim de tituli inſigniumque Mareſchallatus hereditarii vſu olim agitatam, an. 1574. diremit conf. HVND. *Bayeriſch. Stamm-Baum* Tom. II. p. 172. ſeq. vbi huius deciſionis tabulas exhibet vid. Dn. de LVDEVVIG loc. cit. Tit. *XXII.* §. *I.* p. m. 285.

d) vid. *Aur. Bull.* Tit. XXV. §. II. add. THVLEMAR. de *octouirat.* cap. XXI. §. IV. - VI. p. m. 286.

a) Tit. *I.*

b) Artic. IV. §. 5.

c) Et quidem I.) Rex Bohemiae, qui eſt *Archipincerna*, II.) Dux regnans Bauariae

officiales d), qui in eorum abſentia miniſteria praeſtant, Electores tamen Eccleſiaſtici e) eiusmodi vicariis deſtituuntur f), praeter Eminentiſſimum Moguntinum Electorem, quippe qui, vtpote Germaniae Archicancellarius, iure conſtituendi Vice-Cancellarium gaudet, qui Imperatori Electorique ſimul iuramento obſtringitur g) & *Reichs Vice-Cantzlar* vel ſecundum

F 2

uariae *Archidapiferi* munere fungens, III.) Primogenitus Ducum Saxoniae ex linea iam Albertina *Archimareſchalli* partes ſuſtinens IV.) Primogenitus Marchionum Brandenburgenſ. *Archicamerarii* munere praeditus V.) Primogenitus Comitum Palatinorum Rheni ex linea Rudolphina *Architheſaurarii* partibus fungens & VI.) Primogenitus Ducum Brunſuico.Lüneburgenſ. lineae Hanoueranae, qui itidem Architheſaurarii titulo vtitur vid. ſupr. §. XXVII.

d) vid. tamen §phus ſeq.

e) Qui ſunt Archiepiſcop. *Moguntinus*, *Treuirenſis* & *Colonienſis*, quorum quilibet *Archicancellarii* titulo condecoratus eſt conf. *Bernard.* a MALLINKROT de *Archicancellariis & Cancellariis S. Imper. Rom. Germanici* apud VVENCKER. *collect. Archiu. & Cancellar. iur.* p. m. 273. ſeqq. *Ahasuer.* FRITSCH. de *iur. Archiu. & Cancell.* cap. IV. n. 17. apud VVENCKER. l. c. p. m. 30. add. Dn. MOSER *iur. publ.* Lib. III. c. VIII. §. III. p. m. 176. *Die Reichs Ertz-Aembter werden alle durch Churfürſten verſeben. Und zwar ſo iſt der Churfurſt zu Mayntz Ertz-Cantzlar durch Teutſchland. Der Churfürſt zu Trier iſt des H. Roem. Reichs Ertz-Cantzlar durch Gallien* (Galliam Belgicam) *und das Koenigreich Areiat, und der Churfurſt zu Coellen des H. Roem. Reichs Ertz-Cantzlar durch Italien. Es beſtehen aber heute zu Tage dieſe beyde Cancellariate nur in einem bloſſen Titul, wie dann Chur-Maynsz oder deſſen Vice-Cantzlar auch die Italiäniſche und dergleichen Sachen ausfertiget und unterſchreibet. Alle drey Reichs-Ertz-Canzlare führen deswegen kein beſonders VVappen, wohl aber den Titul davon.*

f) conf. *MYLER* ab *EHRENBACH in addit.* ad *RVMELIN.* in *Aur. Bull.* P. III. diſſ. V. §. XXII. p. m. 811. cuius verba: *Eccleſiaſtici autem Electores ſuos Subofficiales non habent, ſed proximus collegarum admittitur ad officia.*

g) Formulam iuramenti exhibet *Io. Chriſtoph.* ab *VFFENBACH* Tr. de *Concilio Imperiali Aulic.* cap. VIII. in fin. p. 64. Non autem Vicecancellarius ſolum, ſed ceteri etiam Cancellariae Imperialis officiales, de quibus agit *VFFENBACH* l. c. cap. IX. p. 64. ſeqq. ab Electore Moguntino con-

Digitized by Google

dum Capitulationem nouiſſimam h) *Reichs Hof-Vice-Cantzlar* audit i). Huius tamen officium non eſt, nec eſſe poteſt hereditarium, cum ad gerendum idonee hoc munus cum ingenio tum doctrina adeoque haud exiguis animi virtutibus opus ſit. Ad eius munia quod attinet, ea ſane maxima ſunt. Namque eo ſolo ex omnibus reliquorum Electorum Vicariis in aula Caeſarea perpetuo commorante, nullum Imperator habere ſolet Cancellarium *einen Kayſerlichen Hof-Cantzlar*, ideoque Vicecancellarius non ſolum vota Iudicii Imperialis Aulici, verum etiam relationes in negotiis ad comitia ſpectantibus aeque ac deſideria Statuum Legatorumque ad Imperatorem defert, in ſolennibus inueſtituris Legatorumque introductionibus nomine Imperatoris verba facit, omnia Diplomata & quicquid in negotiis Imperii in ſcriptis expeditur

conſtituuntur ipſique & Caeſari iuramento ſimul obſtringuntur vid. *Capitulat. nouiſſ.* Art. *XXV.* praeter Praeſidem Iudicii Imperialis Aulici Auguſtique huius Iudicii Conſiliarios, quos ſolus Imperator conſtituit vid. *Reichs-Hof-Raths Ordnung* Tit. I. §. XV. & Tit. VII. §. XXI.

h) Caroli VI. Art. XXV. conf. Dn. de *ZECH* ad capitulat. Carolin. l. c. vbi ſequentia adnotauit: *In dem Proiect und vorigen VVahl-Capitulationen lieſet man nur* Reichs-Vice-Cantzler, *welches der* ſtylus conſuetus *von alten Zeiten her geweſen, auſſer daß man vor kurtzen das VVort* Hof *noch mit eingerücket, und alſo auch bey ietziger* Capitulation *ſich dieſes* additamenti *bedienet. Es ſoll, dem Verlaut nach, dazu Anlaß gegeben haben, daß von Seiten des Kayſerl. (Oeſterreichiſchen) Obriſt-Hof-Cancellariats ein und anderer Eingriff dem Reichs-Vice-Cancellariat geſchehen wollen, deme man durch obigen Beyſaz abhelffliche maaſe zu geben geſucht* &c. vid. Dn. *MOSER. vermiſchte Schrifften aus dem Teutſchen Staats-Recht* Tom. II. P. III. c. I. §. IX. p. m. 190.

i) Quem olim omiſſa particula *Vice* ſimpliciter cancellarium aulae vel palatii Imperialis dicebant obſeruante *Bernardo* a *MALLINKROT* l. c. p. m. 294.

ditur, ſubſcriptione ſua roborat & quae ſunt aliae grauiſſimi huius muneris functiones k).

§. XXX.

Recenſentur Subofficiales.

Sunt autem Electorum ſecularium Subofficiales & quidem Regis Bohemiae *Comites de Althan* Electoris Saxonici *Comites de Pappenheim*, qui generis ſui originem ex antiquiſſima Calatinorum familia deducunt a), Elector Palatinos Vicarios habet *Comites de Sintzendorf*, Elector Brandenburgicus *Principes Hohen-Zolleranos* Electorque Bauaricus *Comites de Waldburg*, Elector autem Hannoueranus, cum certum ei nondum deſtinatum ſit Archiofficium (§. XXV.) nullo inſtructus eſt Vicario. Si quem, abſentibus Electoribus, ex his vicariis abeſſe contigerit eius munere fungitur Ordinarius aulae Imperatoriae Miniſter, qui idem cum abſente officium gerit b), cui tamen hodie c) fructus officiales non adquiruntur. Nam ſecundum capitulationem noviſſimam d) Electorum vicariis indiſcriminatim ſiue ſuo officio ipſi fungantur, ſiue vices eorum Miniſtri Imperatoris aulici gerant, omnia cedunt emolumenta. Quem ad modum vero in adminiſtratione horum munerum Vicarii illi Imperii hereditarii Legatis e) Electorum praeferuntur; ita Vicariis iſtis abſentibus

k) conf. VVENCKER l. c. p. m. 614. ſeqq.

a) vid. MATTH. de PAPPENHEIM Tr. de *origin. illuſtr. famil. Dominor. de Calatin.* add. HVND. *Bayeriſch Stamm-Baum* Tom. II. p. 159. ſeq.

b) *Aur. Bull.* Tit. XXIX.

c) *Aur. Bull.* l. c.

d) Caroli VI. Art. III. *§. wir wollen auch die Verfügung thun* &c. Concordant capitulat. Imperatorum Ferdinandi I. Art. XLI. Ferd. III. Art. XLVIII. Ferd. IV. Art. XLV. Leopoldi Art. XLV. & Ioſephi Art XLV.

e) Conf. RVMELIN. *ad Aur. Bull.* P. III. diſſ. V. §. XXV. p. m. 812. ibique MYLER ab EHRENBACH *in addit.* SCHVVEDER *iur. publ.* P.

tibus prae horum Legatis quotidiani aulae Imperatoriae Miniſtri ad officii adminiſtrationem admittuntur f). Ceterum omnes inter Subofficiales eminet Vicemareſchallus Comes de Pappenheim, quippe qui non modo nomine Archimareſchalli iurisdictionem in comitiis exercet g) verum etiam multa alia negotia ad comitia ſpectantia curat, quem ad modum omnia ac ſingula, quae ad officium pertinent eius congeſſit in ſcriptumque redegit *Sixtus* SOMMERVS h) Vice mareſchalli de Pappenheim quondam ſubſtitutus vulgo *Untermarſchall* itemque *Marſchall-Lieutenant* i).

§. XXXI.

De officiis Bambergenſibus.

Atque haec hactenus de Archiofficiis Subofficiisque, iam Bambergenſia perſequamur officia a). Quorum ad orginem quod

P. ſpec. Sect. I. c. VIII. n. 2. p. m. 272. ſeq. At Camerarius Imperii hereditarius Princeps nimirum Hohenzolleranus ex pacto ſpeciatim ea de re cum Electore Brandenburgico inito in officii adminiſtratione Legato Electorali cedit locum, prout cum in coronatione D. Ioſephi Ian. 1690. tum in nouiſſima inauguratione Caroli VI. factum teſtatur Dn. de LVDEVVIG *Comment. ad Aur. Bull.* Tit. XXVII. §. VIII. Tom. II. p. m. 896.

f) RVMELIN. *ad Aur. Bull* I. c. 5. XXIV. ibique MYLER ab EHRENBACH *in addition.* SCHVVEDER loc. cit. p. m. 273. niſi forte cuidam agnatorum muneris exercitium demandauerint, qui omnino Miniſtris Imperatoris praeferendus.

g) vid. Sect. II. M. I.

h) Hoc ſcriptum, cui titulus: *Von des Heil. Roem. Reichs Erb Marſchalls-Ambts-Verrichtungen* exſtat in LVNIG. *Grundfeſte Europaeiſch. Potenz. Gerechſam.* P. II. p. 516. itemque in Dn. ESTORIS *auſſerleſenen Schrifften* P. I. p. 160. reperitur quoque in CARPZOV. *comment. ad L. Reg.* Sect. VI. c. X. 250. iudicia de eo videſis apud Dn. MOSER. *Biblioth. iur. Publ.* P. III. p. m. 1102. ſeqq.

i) Qui etiam interdum *des Reichs-Quartier-Meiſter* vocatur vid. §. XXVII. Huius opera vtitur Vicemareſchallus in negotiis, quae ipſemet, ob dignitatis rationem expedire nequit.

a) conf. *Frider Lud.* N. D. de BERGER commentar. de *Eccleſiae Bambergenſis*

Digitized by Google

quod attinet, ſunt, qui eorum natales ab Henrico II. Imperatore, quippe qui Eccleſiae Bambergenſis fundamenta iecit, repetunt b). At enim vero cum Henrici II. aeuo Archiofficia certas ſtabilesque ſedes nondum habuiſſe, nedum ad vitae ſpatium duraſſe ſupra §. XXI. dictum ſit, tum neque officia, de quibus nobis ſermo eſt, certis ab eo adſignari potuiſſe familiis res ipſa loquitur. Quae cum ita ſint, illorum ſententiae ſubſcribere non dubitamus, qui cum documentorum fide ſcriptorumque hac in re teſtimoniis deſtituamur c), ad vſum immemorialem, prouocant d). Poſthaec in diſceptationem venit, feuda Bambergenſia ſint ne data an oblata? Etenim ea ad feuda data non eſſe referenda ex eo colligitur, quod Eccleſia Bambergenſis ditiones huc pertinentes nunquam poſſederit, feudis idcirco oblatis iſta recte adnumerat Frid. Lud. N. D. de BERGER e).

§. XXXII.

De erroribus Doctorum iuris publici circa haec officia.

Deinceps notandi errores Doctorum iuris publici circa haec officia. Sunt qui ipſos Electoratus Eccleſiae Bambergenſis feuda eſſe adſerunt a). Sunt, qui Archiofficia cum Bambergenſibus commiſcent officiis, quorum e numero

CARP-

---

genſis officiis animaduerſionibus Eiusdem ad COCCEI *prud. iur. publ.* ſubiunct. p. m. 667. ſeqq. Dn. *Carol. VVilhelm.* GAERTNER. de *S. R. Imper. Electorum inprimis Saxoniae feudis & officiis Bambergenſibus.*

b) vid. N. D. de BERGER loc. cit. p. m. 671.

c) Conf. Dn. de LVDEVVIG comment. ad *Aur. Bull.* Tit. XXVII. §. VIII. p. m. 913.

d) Conf. PFEFFINGER *Vitriar. illuſtr.* Lib. I. Tit. XIV. §. XV. Tom. I. p. m. 1103.

e) loc. cit.

a) Vid. autores apud ITTER. de *Feudis Imperii* cap. III. §. XXIII. p. m. 134. ſeq. & THVLEMAR. de *octouirat.* cap. XX. §. XVII. p. m. 171. ſeq.

Digitized by Google

CARPZOVIVS b), qui illos quidem autores, Electores Electoratus ab Eccleſia Bambergenſi in feudum recognoſcere ſtatuentes, rectiſſime erroris arguit, ipſe tamen fallitur, quod Archiofficiorum inueſtituram Electoribus ab Eccleſia Bambergenſi per Vicarios ſuos ſpeciatim petendam eſſe ſibi perſuaſum habet, inter omnes quippe conſtat Electores cum de Electoratibus tum de Archiofficiis ab Imperatore inueſtiri c.) Vnde vero hic error, quem latius refellit *Io. Wilhelm.* ITTERVS d), originem traxerit facile coniicere licet. Nam cum Electores de bonis quibusdam ad Electoratus ſpectantibus aeque ac de officiis *denen Stiffts Ober-Aembtern* ab Epiſcopo Bambergenſi inueſtiantur e), huius rei neſcii in errorem delati

b) *Comment. ad L. Reg.* Sect. VI. c. X. n. 14. p. 149. cuius verba: *eſtque horum officiorum tanta dignitas, vt non tranſeant vna cum Electoratuum inueſtitura, ſed neceſſe eſt eam ab Electoribus per Vicarios ſuos ab Epiſcopo Bambergenſi ſpeciatim peti* &c. In eodem verſatur errore MYLER ab EHRENBACH in *addition.* ad RVMELIN. in *Aur. Bull.* P. III. diſſ. V. §. *XXII.* p. m. 811.

c) Conf. Dn. MOSER. *Einleitung zum Reichs-Hof-Raths-Proceſſ* Tom. III. §. 92. p. m. 123. ibi: *Reichs-Lehen, ſo in gewiſſen VVürden oder anſehnlichen Aembtern beſtehen, ſeynd alle weltliche Reichs-Ertz-Aembter (der geiſtlichen Chur-Fürſten ihre finde ich in keinen Lehen-Brief benahmſet) welche nebſt denen Churfürſtenthümern allemahl zugleich zu Lehen empfangen und in der Anrede, Bewilligung und dem Lehen-Brief nahmentlich ausgedruckt werden.*

d) loc. cit. add. THVLEMAR. loc. cit.

e) Sic Sereniſſ. Sax. Elector D. Ioannes Georgius IV. an. 1692. in perſona Chriſtoph. Dieterici Boſii de Mareſchallatu Eccleſiae Bambergenſis aeque ac de ditionibus huc pertinentibus quae ſunt *VVittenberg Schloſſ und Stadt, Trebitz das Schloſſ, die Dörfer Berſtad, Alſendorf, VVeiſig und Babgaſt* cum pertinentiis, ab Epiſcopo Bambergenſi inueſtitus eſt, quemadmodum ex relatione dicti Legati, quam exhibet LUNIG. *Theatr. ceremonial.* Tom. II. p. 964. intelligi poteſt. add. *Europ. Herold.* Tom. I. p. 341. Ex hac relatione ſimul patet Electores non iuramento, ſed ſtipulata tantum manu Eccleſiae Bambergenſi per Legatos ſeſe obſtringere.

Digitized by Google

delati Electores Archiofficia ab Eccleſia Bambergenſi in feudum recipere. Ceterum Subofficiales, quibus intuitu horum officiorum inſtructi ſunt Electores, plane diuerſi ſunt ab iis, quos ſupra §. XXX. commemorauimus. Sunt autem iſti nobiles quidam in Franconia habitantes, qui *des Stiffts Unter-Beambte* audiunt. Sic Rex Bohemiae vicarios habet nobiles de *Auſſatz*, Elector Bauaricus nobiles de *Pomerſfelden*, Elector Saxonicus nobiles de *Ebnet* f), qui *des Stiffts Unter-Marſchalle* audiunt & denique Elector Brandenburgicus nobiles de *Rotenhahn* g). De reliquo fatendum omnino eſt horum officiorum, quippe quae in mero conſiſtunt antiquitatis ritu, quem tum vt erant tempora exuberans peperit Principum deuotio, nullum hodie eſſe vſum. Quo circa non pauci Iuris conſulti Electoribus ad recedendum a conſuetudi-

gere Sic quoque iurandi neceſſitas aliis nonnunquam prouinciarum Germaniae officialibus remitti ſolet, obſeruante Dn. BVDERO Diatrib. de *feudis officialium hereditariorum Procerum & prouinciarum Regni Germanici* cap. II §. XIII. p. m. 28. Qualia feuda iniurata, Eodem teſte, in quibusdam curiis feudalibus ſub adpellatione *des Hands Lehns* veniunt. add. *Conſil. Tübingenſ.* P. VI. Conſ. CCLXIX. p. 71.

f) Quidam ſcribunt de *Ebner* ex. cauſ. SCHVVEDER. *iur. publ.* P. ſpec. cap. VIII. §. II. p. m. 272. aliique, ſed minus recte vid. PFEFFINGER *Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. XIV. §. XV. Tom. I. p. m. 1105. Deſignationem iurium & functionum Sub Mareſchalli Epiſcopatus Bambergenſis hereditarii vid. apud LVNIG. *Corp. iur. feudal. Germ.* Tom. I. p. 1527. quam Regiſtraturae ſuper inueſtitura *Georgii Chriſtiani Mareſchalli* de *Ebnet* Dresdae an 1694. facta loc. cit. ſubiunxit vid. Dn. *BVDER* Diatrib. de *feudis official. hereditar. Procer. & Prouinc. Regni German.* cap. IV. §. V. n. 2. p. m. 46. ſeq.

g) Conſ. PFEFFINGER l. c. Reliqui duo Electores, quippe qui nulla ab Eccleſia Bambergenſi officia in feudum recognoſcunt, Subofficialibus deſtituuntur.

ne petendi de his officiis ab Epiſcopo Bambergenſi inueſtituram auctores ſuaſoresque exſtiterunt h).

§. XXXIII.

De officiis aulicis Imperatoris quotidianis.

Iam de officiis Imperatoris aulicis quotidianis pauca quaedam dicenda ſunt. Etſi vero vtique Imperatori integrum ſit officiales aulicos ſuo conſtituere arbitrio, eos tamen ex natione potiſſimum Germanica lecturum ſe pollicitus eſt a). Sunt autem praecipui aulae Caeſareae officiales I.) Supremus Aulae Magiſter *der Obriſt-Hof-Meiſter* II. Supremus Cubicularius *der Obriſt-Caemmerer* III.) Supremus Aulae Mareſchallus *der Obriſt-Hof-Marſchall* & IV.) Supremus Stabuli Praefectus *der Obriſt-Stall-Meiſter*. Inter hos quatuor Praefectos totidem officialium aulicorum Claſſes, quae *die vier Kayſerliche Hof-Stabe* dicuntur, conſtituentes omnia pene officia aulica diſtributa ſunt. Supremi Aulae Magiſtri b) imperio ſubſunt officia rei argentariae, culinae cellaeque, quo pertinent *der Obriſt-Silber-Cämmerer, der Obriſt-Küchen-Meiſter, der Obriſt-Stä-*

bel-

h) Conf. *Reichs-Staat* Tom. I. P. IV. c. I. §. 4. lit. 5. p. 400. vid. tamen *Frid. Lud.* N. D. de BERGER loc. ad §. praec. lit. a. citat. p. m. 675. Dn. de *LVDEVVIG comment. ad Aur. Bull.* Tit. XXVII. §. VIII. Tom. II. p. m. 912.

a) Vid. capit. nouiſſ. Artic. XXIII. - - *wir ſollen und wollen auch - - unſere Kayſerl. und des Reichs-Aembter am Hof, und die wir ſonſt in- und auſſerhalb Teutſchland zu vergeben haben, als da ſind Protectio Germaniae, Geſandſchafften, Obriſt-Hof-Meiſters, Obriſt-Caemmerers, Hof-Marſchalls. - - mit keiner andern Nation, dann gebohrnen Teutſchen oder denen, die aufs wenigſt dem Reich mit Leben-Pflicht verwand - - beſetzen und verſehen.* add. capitular. D. Ioſeph Art. *XXXIX.* conf. SCHVVEDER *iur. publ.* P. ſpec. Sect. I. c. VIII. n. 4. p. m. 276.

b) Cuius officium Friderici II. Imperatoris iam tempore ab Aulae Mareſchalli munere, quo cum olim coniunctum erat, ſeparatum fuiſſe contendit Dn. *Burcard. Gotth.* STRVV. *iur. publ.* c. IX. §. 27. p. 263.

bel-Meiſter c) omnesque reliqui officiales culinae, cellae ac menſae Imperatoriae inſervientes. Eidem quoque ſubſunt Secretarii ad negotia aulica expedienda conſtituti *die Hof-Secretarii* vna cum choro Muſicorum aulicorum *die Hof-Capelle.* Supremi Camerarii officium eſt Oratores Regios, Legatos aliosque Imperatorem adituros introducere indeque literas fiduciarias, quas vulgo *credentiales* dicunt, recipit illasque Imperatori tradit ac poſtea tempus admiſſionis vulgo *die Audienz* per Ianitorem camerae *einen Cammer-Trabanten* ſignificandum curat d). Ei ſubſunt Cubicularii Caeſarei *die Kayſerl. Cammer-Herren* omnesque cubiculo inſervientes officiales vna cum Poenitentiario Caeſareo, Archiatris, Medicis, Chirurgis & Pharmacopolis Palatinis ſeu aulicis. Supremus Aulae Mareſchallus iurisdictionem exercet in aula Caeſarea, de qua infr. Sect. II. Membr. II. Huius imperio ſubiecta ſunt officia itinerum expeditionumque, quo pertinet *das Hof Quartier-Ambt*, quod ex Supremo metatorum Praefecto *dem Ober-Hof-Quartier-Meiſter* & VI. Metatoribus *Fourirern* conſtat. Ei quoque ſubſunt Conſiliarii, Adſeſſores, Secretarii ceterique officiales ad Iudicium Mareſchallicum *das Kayſerl. Ober-Hof-Marſchall Ambt* ſpectantes. Supremo denique Stabuli Praefecto officiales ſtabulo inſervientes, pueri nobiles &c. parent e).

 §. XXXIV.

c) Huius officium eſt, vt bacillo nigro, vnde ipſi nomen *Stäbel-Meiſter*, fercula ad menſam Imperatoriam ferentes, praecedat ac turbam ſubmoueat, *er klopft mit dem Stabe an die Thüren, damit die in der Ritter-Stuben und Anticamera ſtehende Perſohnen Platz machen.*

d) Huic ſimilis eſt, qui apud Latinos *Admiſſionum Magiſter* vel *Admiſſionalis* adpellabatur vid. FABRI *Theſaur. latin. ling.* ſub voc. *admiſſio.*

e) Conf. LVNIG. *Theatr. ceremonial.* Tom. I. p. 303. Alii inſuper in au-

la

§. XXXIV.

De officiis aulicis Electorum aliorumque Imperii ſtatuum.

Electorum denique aliorumque Imperii Statuum officia aulica cum hereditaria, tum ordinaria ſeu quotidiana, vt propoſitum erat (§.XVII.) nobis exponenda ſunt. De poſterioribus, quae pro diverſitate aularum functionumque varia ſortiuntur nomina, conſtat, quod ad certum haud ſint adſtricta numerum, quippe cum Principes ad facultates ſuas ea referre ſoleant ſuosque reditus. Quam ob rem in Statuum Imperii aulis officialium aulicorum modo maior, modo minor numerus deprehenditur. At vero illud vtique certum eſt, quod nunquam non, ſiue ex pluribus ſiue ex paucioribus aula conſtet officialibus, ad eam gubernandam moderatore id eſt Aulae Magiſtro ſeu Mareſchallo opus ſit a). Circa officia hereditaria b) vulgo *Erb-Hof-Aembter*, dicta notandum, quad certis terris in feudum datis cohaereant c) certamque ſequantur familiam, qua de Primogenitus

la Caeſarea reperiuntur officiales, qui quatuor iſtis officialium aulicorum claſſibus non continentur, veluti Praefectus Satellitum Equitum *der Leib-Garde Hatſchier-Hauptmann* Peditumque *der Leib-Garde Trabanten Hauptmann*, Supremus Venationum Praefectus *der Obriſt-Land-Hof-Iäger-Meiſter*, Supremus Falconarius *der Obriſt Falcken-Meiſter* &c.

a) vid infr. Sect II. Membr. III. §. 1.

b) Obiter hic notamus in Gallia perhibente *Renato* CHOPPINO de *domaniis Gall.* Lib. III. Tit. XXVI n. 11. P. I. *iuris domanial.* ſeu *Syllog. ſcriptor. de domaniis* p. m. 384. officia hereditaria exoleuiſſe.

c) conf. THVLEMAR. de *octouirat.* cap. XX. §. *XXIX.* p. m. 283. Huiusmodi feuda a quibusdam vocantur feuda conditionata vid. *ROSENTHAL.* de *Feudis* cap. II. concluſ. *LXIV.* n. 3. p. m. 89. ſed rectius ab aliis ſpeciatim feuda Palatina ſeu Aulica germanice *Hof-Leben* adpellantur Conf. *MAIER Syntagm iur. feudal.* cap. III. §. *XXIII.* p. m. 150. & cap. *XXIII.* §. I. p. m. 684. *VVEHNER* ſub voc. *Hof-Leben* p. m. 213. add. *Io. Gottlieb GONNE* diſſ. de *Feudo Gaſtaldiae Germanorumque Ambachts Leben* itemque Dn. *BVDER* Diatrib. de *Feudis official. hereditarior. Procer. & Prouinciar. Regni German.* Ienae an. 1736. publicata.

tus ſolus officii titulum gerens d) in actibus miniſteria praeſtat ſolennibus. Sic Potentiſſimus Saxoniae Elector Mareſchallum hereditarium e) habet de familia nobilium de *Leeſer* f), quem quidam perperam confundunt cum Mareſchallo here-

d) *FELTMANN.* de *Titul. honor.* Lib. II. c. XIX. §. XI. ſeq p. m. 452. Illud quoque notatu dignum ex pactis vel conſuetudine non nunquam ad fœminas, quae per ſubſtitutos ſeruitia praeſtant, officia hereditaria deferri, immo vero maſculis praeferri, id quod exemplis probauit Dn. *BVDER* loc. cit. cap. II. §. X. p. m. 21. ſeqq.

e) Conf. Dn. ab HAVGVVITZ de *Regni & Aulae Mareſchallis* cap. II p. m. 59. ſeqq. vbi plures & Electorum Statuumque Mareſchallos hereditarios recenſet. Quorum Functiones, praeter ſeruitia, quae una cum reliquis officialibus hereditariis in actibus ſolennibus praeſtant (vid. §. ſeq. lit. d), in negotiis ad comitia prouincialia ſpectantibus ſeſe exſerunt, quae plerumque moderantur reguntque. Conf. Dn. *BVDER* l. c. c. *V.* §. *VII.* p. m. 72. ſeq. *BVCELIN. Genealog.* vbi P. II. p. 199. ſeq. multas familias titulum ab officio quodam hereditario gerentes congesſit, ſic XLVIII. nominat, quae Mareſchallorum, XXXVIII. quae Dapiferorum, LXIX. quae Pincernarum, & VII. quae Camerariorum hereditariorum titulis vtuntur, quibus plures fortaſſis addi poſſunt. iung. IMHOF. *Notit. S R. Imper. Procer.* vbi paſſim Statuum cum Secularium, tum Eccleſiaſticorum hereditarii recenſentur officiales. add. *deſignatio Archi- & officialium hereditariorum Procerum & Prouinciar. Germaniae* in append. apud Dn. BVDER. l. c. p. m. 85. ſeqq.

f) Qui olim de *Rehfeld* dicti prout refert PECKENSTEIN *Theatr. Saxon.* T. I. cap. XIII. n. I. p. 176. *Sie (die von Loeſer) haben vor Alters geheiſſen die von Rehfeld, nachmahls iſt der Nahme verändert worden von wegen eines des Stammes, nehmlich* Magni, *ſo der Uhrheber iſt und Stiffter des gantzen Geſchlechts, welcher ſeinen gefangenen Herrn an. 1313. von denen Feinden erloeſet, darumb ſie dann zur Danckbarkeit mit dem Marſchall-Ambt auf das Hauſſ Pretſch begnadiget und verehret worden ſind, wie der Lehen-Brief hierüber de an. 1325. mit mehrern ausweiſet.* Cum vero in illuſtri hac familia nullus iam temporis reperiatur, qui hoc fungi poſſit munere. illud interea per Subſtitutum. qui titulo *eines Erb-Marſchall-Ambts-Verweſers* gaudet, adminiſtratur. Ceterum de functionibus Mareſchalli hereditarii ita diſſerit PECKENSTEIN l. c. - - *dann haben auch die Erb-Marſchalln dieſen Vorzug, wenn Land-Taege innerhalb Landes gehalten werden, daſſ ſie der Landſchafft einbringen, bedencken, beſchluſſ und dar-*

hereditario Eccleſiae Bambergenſis, qui eſt nobilis Franconicus de Ebnet g).

§. XXXV.

De eorum origine.

Quod ad horum officiorum attinet originem ſunt, qui ad Conſtitutionem illam de expeditione Romana, vbi dicitur: *ſinguli Principes ſuos habeant officiarios ſpeciales Marſcalcum, Dapiferum, Pincernam & Kamerarium &c.* provocant a). At vero cum de autore huius conſtitutionis b), quam alii Carolo Craſſo Imperatori c); alii Conrado II. cognomine Salico d) tribuunt, certo non conſtet, tum ſubleſtae eam eſſe fidei ex hac aliisque fundamentis eruditi iam pridem ſuſpicati ſunt e). Rectius ergo ſentiunt, qui hac

darneben ihre beſchwerungen der Herrſchafft vortragen und deroſelben reſolution erwarten, ferner daraus mit denen Staenden zu deliberiren. add. *Proceſſ. comitior. Prouincial. in Electorat. Saxon. vſitat.* apud FRITSCH. Tr. de *conuentib. Prouincialib.* qui eſt decimus in Syllog. Tractat. cap. VI. §. II. p. m. 361. Iung. Dn. GLAFEYS *Geſchichte vom Hauſſ Sachſen* p. 895. conf. omnino Dn. *Io. Gotolob.* HORN. *im Hiſtoriſch-Diplomatiſchen Abriſſ von den bey den Chur-und Fürſtl. Sächſiſchen Prouinzen geordneten Edlen Erb-Beambten*, vid. EIVSD. *Bibliothec. Hiſtoric. Saxon.* XXIV. p. 48.

g) vid. ſupr. §. XXXII.

a) Quae exſtat apud GOLDAST. Tom. ~~VIII~~ VII. *Conſtit. Imperial.* p. 207. itemque ap. *LEHMANN. Chron. Spirenſ.* cap. *XLII.* p. 177.

b) Quam cum Commentario edidit Marquard. *FREHERVS*, qui acceſſit *SCHILTERI iur. feudal.* a Dn. *Georg. Chriſtian. GEBAVERO* an. 1728. Lipſiae edito.

c) *THVLEMAR.* de *octouirat.* cap. *XVI.* §. *XII.* p. m. 194. *VVAGENSEIL.* de *S. R. Imp. officialib.* c. *XVIII.* §. III. aliique.

d) *Conrad Samuel. SCHVRTZFLEISCH* diſſ. de *Conrado Imperatore, vt & de Conſtitutione de expeditione Romana*, quae acceſſit editioni iuris feudalis Schilteriani vid. lit. b.

e) Conf. CONRING de *origine iuris Germanici* cap. *XVII.* p. 89. & in not. ad LAMPADIVM p. 184. *ITTER.* de *Feudis Imperii* cap. XX. §. V. p. m. 869.

hac in re, Imperiali nuſquam probata conſtituione, ad vſum prouocant Principesque (*) aulae Imperatoriae ad exemplum quatuor iſtos ſibi adſciuiſſe officiales ſtatuunt f.) Hinc poſtea conſuetudo enata, ut Imperatores quoties prouinciam aliquam in Ducatum vel Principatum eueherent, quatuor primarios iſtius prouinciae nobiles hereditariorum munerum titulis donarent g). Interim tamen

m. 869. add. *PFEFFINGER Vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. IV. §. III. Tom. I. p. m. 303.

*) Immo vero Comites quoque eiusdem iuris participes fuiſſe exemplis confirmauit Dn. *BVDER* loc. cit. cap. III. §. V. p. m. 34. ſeq.

f) Conf. Celſiſſimus S. R. Imp. Comes *Ioannes VVilhelmus* de VVURMBRAND Iudicii Imperialis Aulici Praeſes grauiſſimus doctiſſima commentat. de *hereditariis Prouinciarum Auſtriacarum officialib.* quae acceſſit Collectaneis *EIVS* Genealogico hiſtoricis p. 259. Vt vero in nulla German. prouincia tot officiales hereditarii, quot in Auſtria, reperiuntur; ita Illuſtriſſ. Autor hoc de officiis hereditariis argumentum ope Archiui Auſtriae inferioris pleniſſime exhauſit. De hiſce officiis Dn. a *SECKENDORF im Teutſch. Fürſt. Staat* P. III. c. V. §. IX. in fin. p. m. 552. ſuam ita expoſuit ſententiam: *In weltlichen Fürstenthümern ſind unterſchiedliche Hof-Aembter, als eines Marſchalcks, Caemmerers, Schencken und dergleichen gewiſſen adelichen oder hoehern geſchlechtern erblich verliehen, welche iedoch gemeiniglich nur bey gewiſſen ſolennitäten ihre Aufwartung verrichten, und deswegen ſonderbahre Genieſſe und Einkünffte haben, daher man ſolche bedienungen auch mehr vor Ceremonien als ſonderbahre obliegende Sorgfalten und Hof-Aembter zu halten hat.* add. Dn. *BVDER* Diatrib. de *feudis official. hereditar. Procer. & Prouinciar. Regni Germ.* cap. V. §. II. p. m. 65. ſeqq. cuius verba: *In primis* (officiales hereditarii) *Palatina ſeruitia praeſtant, in ſolenni nimirum Archi- & Epiſcoporum, Abbatum. Ducum inauguratione, introitu in Vrbes, quae ſunt ſedes, in Eccleſias Dominicas, in ſolenni actu homagii faciendi, in Epulis publicis ceteriſque aularum ſolennitatibus.*

g) *FELTMANN.* de *Titul. honor.* Lib II. c. XIX. §. VII. p. m. 449. *Hulderic.* ab *EYBEN Elect. iur. feudal.* cap IX. §. X. inter op. eius p. 607. Hunc morem Imperatorem Ludouicum Bauarum, cum Comitatum Gelriae in Ducatum an. 1339. eueheret, obſeruaſſe patet e Diplomate, quod reperitur in *LEIBNIT. Codic. iur. Gent. diplomatic.* p. 151. *Inſuper ad marem*

men cum FREHERO h) haud quaquam adſerendum putamus, nullum iuſtum ſine quatuor iſtis officialibus dari Principatum. Namque hic mos non modo non ſtatim, erectis Ducatibus, vſu obtinuit, verum etiam poſtea non ſemper obſeruatus eſt, quid? quod in multis prouinciis numerus quaternarius horum officialium modo diminutus, modo auctus deprehenditur i). Ceterum eccleſiis quoque quatuor iſtos officia-

marem (maiorem) *dicti Ducatus & Principatus ſplendorem aſſignamus ipſi* (Reinoldo Comiti Gelriae) *iuxta* morem Imperii *quatuor* officiarios *infra nominandos & eorum heredes videlicet Iacobum van Mylaer* Oeconomum, *Euerhardum van VVylp* Mareſcalcum, *Theodoricum van Lienden* Buticularium ſeu Pocillatorem, & *Guilielmum van Brouchuyſen* Camerarium &c. Sic lumen illud Patriae noſtrae *Chriſtián. Franciſcus PAVLLINI in annalib. Iſenacenſib.* p 18. de Lothario II Imperatore commemorat eum Ludouicum generum ſuum Principis titulo ornatum Thuringiae Landgrauium conſtituiſſe eique *officiales hereditarios*, nobiles videlicet *a Vanne* Camerarios; *Vargulanos* Pincernas; *Slothemios* Dapiferos atque *Eberbergios* Mareſchallos dediſſe. Nec deſunt exempla nouiora. Nam cum D. Leopoldus Imperator *Placidum* Abbatem Murienſem an. 1701. Principis titulo decoraret, priuilegium *der Ertz-Aembter* ei conceſſiſſe ex tabulis Diplomatis videre licet: - - *Zu mehrer Erhoehung und Ziehrung des gnädigſt ertheilten Fürſten-Standes haben wir - - Placido, Abten des Gottes-Hauß Mury, wie auch - Succeſſorn - zugelaſſen, daß ſie zu gröſſern ſplendor der Fürſtl. VVürde die vier Erb-Aembter, als Erb-Marſchalln, Erb-Caemmerer, Erb-Schencken und Erb-Truchſen Ambt aufrichten, führen, und damit nicht allein fähige Rittermäſige Geſchlechter belehnen, ſondern auch gleich ietzo mit Erb-Marſchalln Amt iedesmahl dem aelteſten aus ihren eigenen Geſchlecht der zur Lauben Freyherrn zum Thurn und geſtellſen Burg damit belehnen und die übrigen nach ſeinen Belieben zu benahmſen, ſo offt es ſich begebe, daß ein oder anderes mit beſagten Erb-Aembtern belehntes Geſchlecht abſterben thäte, ſolches erledigtes Erb-Amt mit eines andern gleichfalls Rittermäſſigen Famille nach Belieben conferiren und damit belehnen koennen.* Conf. *PFEFFINGER vitriar. illuſtrat.* Lib. I. Tit. V. Tom. I. p. m. 786. add. Dn. *RICCIVS* Commentat. *vom Landſaſſigen Adel in Teutſchland* cap. VIII. §. V. p. m. 95.

h) In *Comment. ad dict. conſtitutionem de expedit Rom.* p. 24.

i) conf. RHETIVS Comment. ad *ius feudal Longobard.* Lib. I. Tit. II p. m. 135.

Digitized by Google

officiales fuiſſe communicatos conſtat k), ex quibus inprimis illi, quibus Eccleſia Moguntina ornata, notandi ſunt l), non enim ſolum Archiofficialium titulis vtuntur ſed & Archiofficialium Imperii inſtar ſuos habent Vicarios.

§. XXXVI.

De Archiofficiis Imperatricis.

Silentio denique non eſt praetereundum Auguſtam quoque

m. 135. Exempla ſuppeditant *Auſtriacae Domus* auguſtae Principatus, in quibus I.) Hereditarii Aulae Praefecti *Erb-Land Hof-Meiſter*. II) Hereditarii Camerarii *Ober-Erb-Caemmerer*. III.) Hereditarii Mareſchalli *Erb-Land-Marſchalle*. IV.) Hereditarii Equitum Praefecti *Erb-Stall-Meiſter*. V.) Hereditarii rei Venatoriae Praefecti *Erb-Land-Iaeger-Meiſter*. VI.) Hereditarii rei Argentariae Praefecti *Erb-Silber-Caemmerer*, VII) Hereditarii Pincernae *Erb-Schencken*. VIII.) Hereditarii Dapiſeri *Erb-Truchſeſſen*. IX.) Hereditarii rei culinariae Praefecti *Erb-Küchen-Meiſter* X.) Hereditarii Auſtriae inferioris Ianitores *Erb-Thür-Hüter in Oeſterreich*. XI.) Hereditarii Bacilliferi *Erb Stäbel-Meiſter*. XII) Hereditarii ſcindendi Magiſtri *Erb-Vorſchneider*. XIII.) Hereditarii Falconum Magiſtri. XIV.) Hereditarius Auſtriae inferioris Sacellanus. *XV*.) Supremus hereditarius in prouinciis Auſtriacis Curſorum publicorum Magiſter *Obriſt-Erb-Hof-und Land-Poſtmeiſter*. *XVI*.) Hereditarii Auſtriae Vexilliferi *Erb-Panner-Herrn*. *XVII*.) Hereditarii rei moneteriae & Armamentarii Preefecti Auſtriae & Styriae *Erb-Münz-und Erb-Zeug-Meiſter*. *XVIII*) Supremi Duellorum & certaminum equeſtrium in Auſtria iudices *Obriſt-Kampf-Richter* ſeu *Obriſt-Kampf-Schild-Ampt*. conf illuſtriſſ. Comes de VVVRMBRAND loc. cit. a capite II. vsque *XIX*. p. 167. ſeqq.

k) Conf. IMHOF. *Notit. S. R. Imp. Procer.* vbi paſſim officiales eccleſiarum hereditarios recenſet, quos inter non ſolum Comites & Barones, verum etiam Principes relatos videmus add. *Hulderic.* ab *EYBEN Elect. iur. feudal* cap IX. §. X. inter op. eius p. 608. & diſſ. de *Titulo nobilis* §. XLIII. p. 854.

l) Quos commemorat IMHOF loc. cit. Lib. II. c. II. §. VIII. p. m. 32. cuius verba: *Officiales* (Eccleſiae Moguntinae) *hi ſunt* Archimareſchalli *Landgrauii Haſſiae, eorum Vicarii ſeu Mareſchalli hereditarii Equites de Heiſſenſtein;* Archidapiferi *Comites de Veldenz, eorum Vicarii ſeu Dapiferi hereditarii Barones Greiffenklau de Volrath;* Archipincernae *Comites de Schoenborn, qui Comitibus de Sponheim ſucceſſerunt, eorum Vicarii Equites de Kronberg;* Archicamerarii *Comites de Stollberg, eorum Vicarii ſeu Camerarii hereditarii Comites Metternichii in VVinnaberg & Beilſtein.*

Digitized by Google

que Imperatoris ad exemplum inſtructam eſſe Archiofficialibus a). Habet autem primum *Archicancellarium*, quo munere fungitur Abbas Fuldenſis Principis titulo decoratus b); tum vero *Archicapellanum*, qui eſt Abbas S. Maximini prope Treuirim ex Imperatoris Ferdinandi II. confirmatione c); atque poſtremo *Archimareſchallum*, quo munere, impetrata illius a D. Leopoldo Imperatore an. 1683. confirmatione d) praeditus eſt Abbas Campidunenſis Principis titulo inſignitus

a) Quorum de origine agit Dn. MASCOV. diſſ. de *Originib. offic. aulic. S. R. Imper.* §. LVIII. p. m. 52.

b) Conf. *Io. VVilhelm. VVALDSCHMIED* diſſ. de *Auguſtae Imperatricis Cancellario* Marburgi an. 1715. publicata. *FRITSCH.* Tr. de *Auguſta Romanor. Imperatrice*, qui eſt decimus octauus in ſyllog. Tract. cap. V. p. m. 631. add. *Bernard.* a *MALLINKROT* de *Archicancellar. & Cancellar. Imper.* cap. VII. apud *VVENCKER. collect. archiu. & Cancellar. iur.* p. m. 593. ita vero de huius Archicancellariatus origine Mallinkrot: *Si non affirmare ad minimum ſuſpicari licebit ad Othoniana felicia tempora initium huius Archicancellariatus redigi poſſe.* Verum quoquo ſe res habet modo, illud vtique certum Carolum IV. Imperatorem Henrico Abbati an 1358. huius muneris praerogatiuam conceſſiſſe, verba diplomatis, quod recitat GOLDASTVS Tom vn. *Conſtitut. Imperial.* p. 344. ita ſe habent: *Decernimus & hoc Imperiali ſancimus edicto, quod Tu & omnes Tui ſucceſſores Abbates Fuldenſes, dum & quotiens Imperatricem ſiue Reginam Romanam coronari aut in veſte Imperiali ſeu Regia ſedere vel ſtare contigerit Tu & dicti ſucceſſores Tui coronam ſuam quotiens more vel ordine poſcente a capite ipſius deponi debuerit & deponendi eandem ac tenendi & reponendi etiam, quotiens neceſſe fuerit, fungi debeatis officio* &c. Nec hodie diplomata Carolo IV. antiquiora exſtare, quae huius dignitatis mentionem faciant, monet Dn. MASCOV. l. c. §. LX. p. m. 54. ſeq.

c) vid. Dn. MASCOV. l. c. §. LVIII.

d) Quam exhibet LVNIGIVS *im Reichs-Archiu* P. ſpec. I. Continuat. III. *Abtheilung XIV. Abſatz* p. 179. Cumque an. 1690. in coronatione Imperatricis Archiepiſcop. Treuirenſis & Colonienſis functionem ipſi vtpote Imperatricis Archimareſchallo competentem intercepiſſent, publica ius ſuum proteſtatione tuitus eſt vid. LVNIG l c. p. 181. quam in perpetuam rei memoriam Directorio poſtea Moguntino inſinuandam curauit.

tus e). De reliquo notandum Auguſtam Romanorum Imperatricem praeter iſtos Archiofficiales Supremo Aulae Magiſtro aliisque quam plurimis inſtructam eſſe officialibus, quos commemorat FRITSCHIVS f).

SECTIO II.

DE IVRISDICTIONE MARESCHALLORVM IN SACRO ROMANO IMPERIO.

§. I.

Poſt igitur quam Mareſchallorum, quot quot in noſtro occurrunt Imperio, natales ſummatim expoſuimus, ad alteram diſſertationis noſtrae partem eorum explananaturi iuriſdictionem deſcendimus. Hic vero a nobis praemonendum, non omnes, quos Sect. praec. doctrinae gratia nominauimus Mareſchallos, iuris dicendi praeditos eſſe facultate. At enim quod ad eos ſpectat, qui iuriſdictione pollent, omnino eminet Celſiſſimus Imperii Archimareſchallus, cuius ſub auſpiciis & ciuilem criminalemque in comitiis exercet iuriſdictionem Vicemareſchallus Comes de Pappenheim, cui proximus aulae Caeſareae Mareſchallus, poſt ſequuntur Marechalli Imperii Statuum aulas moderantes.

Quinam ex Mareſchallis Sect. praec. nominatis iuriſdictione praediti?

H 2 §. II.

e) Equidem *Io. Chriſtoph. VVAGENSEILIVS de S, R. Imp. officialib*, cap. VII. p. 46. Imperatricis meminit Archicancellarii, ſed neque Archicapellani, neque Archimareſchalli vllam facit mentionem, certiſſimo indicio duos iſtos Archiofficiales minime ipſi notos fuiſſe.

f) loc. cit. cap. IV. in fin.

Digitized by Google

§. II.

De iurisdictione Mareſchallorum hereditariorum.

Neque vero minus huc referendi Mareſchalli Prouinciarum hereditarii a). Namque ipſis nonnunquam iurisdictionis competere exercitium conſtat. b) Huc inprimis ſpectat hereditarius Auſtriae Mareſchallus, vtpote cui alium Mareſchallum *einen Unter-Land-Marſchall* ſub ſe habenti peculiare planeque diſtinctum a Regimine Auſtriaco iudicium, quod *das Land-Marſchalls-Gericht* vocatur, adiunctum eſt, cuius iurisdictio in eius pouinciae Status ſeſe extendit c). Quid? quod Mareſchallorum hereditariorum autoritatem iurisdictionemque latiſſime patuiſſe ex iis, quae de hereditariis Carinthiae Mareſchallis nobilibus de *Aufenſtein* ex LAZIO d) refert *Philipp Iacob* SPENER e), coniicere licet: *Mareſcalci*, inquit Lazius, *de Aufenſtein - - excepto munere* (Mareſchallico) *feuda habuerunt a Ducibus Carinthiae ſeu Auſtriae - - huius numeris erant hae praerogatiue, quod curiales Mareſcalci Principum ab eo facultatem accipiant, quod in bello, ſeditione, tumultu prouinciae, Principe abſente, ad eum veniatur vexillaque Ducatus apud eum ſint, qui nocentes & facinoroſos queat morti condemnare, ita tamen quod omnibus per Carinthiam iter agentibus*

a) Reliqui vero, de quibus Sect. praec. mentionem fecimus Mareſchalli, cum omni prorſus iurisdictione careant, huc non ſpectant.

b) Conf. Dn. BVDER Diatrib. de *feudis official. hereditar. Procer. & Prouinc. Regni Germ.* Cap. V. §. V. p. m. 69. ſeqq.

c) Conf. Iudicii Imperialis Aulici Praeſes *Ioannes VVilhelmus* Illuſtriſſ. Comes de VVURMBRAND eruditiſſima Commentat. de *hereditariis prouinciarum Auſtriacarum officialibus* cap. IV. p. 185. add. Dn. ab HAVGVVITZ de *Regni & Aulae Mareſchallis* cap. VII. Sect. I. n. 85. p. m. 196. qui hereditarium Electoratus Saxon. Mareſchallum in comitiis Prouincialibus concurrentem cum iudicio Mareſchallico iurisdictionem habere teſtatur.

d) De *Magiſtrat. Gent.* Lib. VI.

e) *Op. Heraldic.* Part ſpec. Lib. II. c. XLVII. §. VI. p. 474.

Digitized by Google

bus ſaluum conductum praebeat. Sed ſatis de iurisdictione Mareſchallorum Prouincialium hereditariorum. Noſtri enim inſtituti ratio latius eam atque vberius explicare vetat.

§. III.

Itaque hanc Sectionem in tres partes diſtribui debere reperitur. Ac primum quidem de Archimareſchalli & Vicaria Vicemareſchalli; tum de Caeſareae aulae Mareſchalli; poſt de Aulae Marechallorum, qui Imperii Statuum aulas moderantur, iurisdictione differendum. Tria huius Sect. membra conſtituuntur.

MEMBRVM I.

DE ARCHIMARESCHALLI ET VICARIA VICEMARESCHALLI IVRISDICTIONE.

§. I.

IMperii Mareſchallos ab antiquo exercuiſſe iurisdictionem certiſſima conſtat hiſtoricorum fide a). Teſtem producimus CONRADVM Abbatem Vrſpergenſem b), qui de Comitiis ab Ottone IV. Imperatore an. 1209. Auguſtae Vindelicorum celebratis differens haecce memoriae prodidit: *Cumque* Mareſchallos Imperii ab antiquo iurisdictionem exercuiſſe probatur.

a) Non poſſumus non, quin hic moneamus oppido falli STRYKIVM, qui in diſſ. de *Foro Miniſtrorum Princip.* cap. I. §. XVI. Archimareſchalli iurisdictionem ex iure Romano repetit: *Ex hac*, inquiens, *ordinatione iuris ciuilis* (ſcil. ex L. 3. C. de *Praepoſit. Sac. cubic.* L. 4. eod. de *Silentiar.*) *profecta videtur conſuetudo*, quod adhuc hodie *in Comitiis Imperii Elector Saxon. Sereniſſ. tanquam Archimareſchallus tam in ciuilibus quam criminalibus in familiam Electorum & Statuum iurisdictionem exerceat.* Hic error Strykio cum illis communis eſt, qui officium Archimareſchalli Praefecti Praetorio muneri ſurrogatum fruſtra contendunt conf. Sect. praec. §. XXV.

b) In *Chron.* ad an. 1209.

*que Imperator veniſſe*t *Auguſtam multique Principes conueniſſent ad curiam, praecepit Imperator Mareſchallo de Calindrin & militibus ſuis quatenus maleſactores inveſtigarent ſibique eos exhiberent in iudicio*. Huius teſtimonium confirmat *Gerardus* MAVRISIVS c), qui rixae cuiusdam tempore Ottonis IV. Azonem Marchionem Ateſtinum inter & Salinquerram ſubortae mentionem faciens ſequentia ſuppeditat: *Rixa mota fuit, vnde ad compeſcendum tumultum Henricus Calindrin evaginato enſe cum Teutonicorum multitudine vtrique parti ſilentium impoſuit.* Huc quoque ſpectant, quae de Mareſchallo Imperii refert GERVASIVS d) Tilberienſis: *& quod ſub officio Mareſchalciae ſub debito armorum miniſterio exequi teneor acutae linguae gladio ducam in miniſterium.*

§. II.

Archimareſchallus in ſignum Imperii ſui

Atque exinde fortaſſis exortum, quod Archimareſchallus, in ſolenni proceſſione ex Aur.Bull. diſpoſitione a) Imperatorem

c) In *hiſtor. Marchiae Taruiſinae* p. 9. conf. Dn. ESTOR comment. de *Miniſterialib.* cap. I. §. XLII. p. m. 55.

d) In *Otiis Imperialib. ad Ottonem IV. Imperat.* apud *LEIBNIT.* Tom. I. *rer. Brunſuic.* p. 883.

a) Tit. XXII. - - *in celebratione Imperialis curiae - - Dux Saxoniae, Imperialem vel Regalem enſem deferens, Imperatorem ſeu Regem immediate praecedat* &c. Quamquam autem de hoc iure Saxoniae Ducibus non ſolum diu ante Aur. Bull. promulgationem competente, ſed & ipſis poſtea A. B. confirmato mox in Comitiis Metenſibus an. 1357. a Carolo IV. celebratis huius frater VVenceslaus Lucemburgi, Lotharingiae Brabantiaeque Dux Rudolpho II. Electori atque in coronatione VVenceslai Romanorum Regis an. 1376. VVenceslao Electori litem mouerit conf. PFEFFINGER *vitriar. illuſtrat*, Lib. III. Tit. XII. §. *XXXVI.* lit. a Tom. III. p. m. 927. attamen Sigismundus Imperator an. 1415. ſub dato *Conſtanz des Sontags Quaſimodogeniti* hoc ius Rudolpho III. Electori denuo confirmauit vid. Diploma apud perill. *AVTOR des Europ. Herolds* Tom. I. p. 250.

Digitized by Google

ratorem immediate praecedens, Enſem Imperialem b) inſignum imperii ſui c) ſtrictum deferat, qui eapropter ab antiquis ſcriptoribus *Enſifer*, *Portitor enſis*, *Protoſpatharius* adpellantur d). Praefertur quidem Electorum cuilibet in actu elect. Imperator. enſis quidam deauratus vulgo *das Chur-Schwerd* dictus e), qui ab Enſe Imperiali in eo differt, quod hic ab Archimareſchallo in eiusque abſentia a Vice-Mareſchallo Comite de Pappenheim f) eoque abſente ab ordinario

peratori gladium ſtrictum præfert.

p. 250. itemque LVNIG P. ſpec. *des Reichs Archivs* IV. *Abtheilung* II. *Abſatz* §. II. p. 5. Ex eoque tempore Sereniſſimis Electoribus nullam litem eo nomine eſſe motam conſtat conf. PFEFFINGER loc. cit. p. m. 929. ibique longa ſerie citat.

b) Non tamen hic Caroli M. vt vocant, gladium, quippe qui ſolum in templo, vbi Imperator coronatur, ab Electore Saxon vel eius Vicario Pappenheimio geſtatur, ſed illum, quem Caeſar in Principum inueſtituris aliisque actibus ſolennibus adhibere ſolet, intelligi recte mouet PFEFFINGER loc. cit. p. m. 919.

c) Enſis enim habetur iuſtitiae ſignum conf. BECMANN. *Notit. dignitat. illuſtr.* diſſ. IV. cap. IV. §. V. p. m. 108.

d) Vid. LIMNAEVS *iur. public.* Lib. III. c. X. n. 29. Tom. I. p. 147.

e) Soli tamen Electores excluſis eorum Legatis hoc fruuntur honore. De hoc Electorum priuilegio egregie diſſerit VVAGENSEILIVS de *S. R. Imp. official.* cap. VIII. §. VIII. p. 55. cuius verba digna quae hic inſerantur: *Eſt ergo ingens & peculiare Imperii Romani Electorum hoc priuilegium, quod aeque iis ac Supremo illorum Principi in eadem panegyri gladii praeferantur. Fallimur? an inde hoc natum eſt, vt dum clinodia geſtando quaſi ſeruiunt Imperatori ſimul ſic poteſtatis iurisdictionisque, qua in ſuis ditionibus gaudent plenaria, ſymbolum aliquod oſtendant, ne quis credat munera iſta ad imminuendum illorum ſplendorem pertinere.*

f) De Vicemareſchalli officio circa geſtationem gladii ſequentem ſuppeditat obſeruationem Dn. de *LVDEVVIG* Comment. *ad Aur. Bull.* Tom. II. p. m. 817. *Es bekommt der Erb-Marſchall das Schwerd von einem Cammer-Herrn, welcher ſolches nebſt andern Kleinodien in Verwahrung hat, deme es der Erb-Marſchall nach geendigten Gebrauch wieder zuſtellet, er weichet dem Chur-Sächſiſchen Geſandten nicht, wohl aber dem Chur-Printzen, wann ſolcher abgeſchiket worden, keinem aber von denen Vettern aus dem Hauß Sachſen.*

Digitized by Google

dinario aulae Imperatoriae Mareſchallo g) *euaginatus*, ille vero Electoribus ab eorum Mareſchallis in vagina reconditus praeferatur h). Verum exinde neutiquam inferre licet duobus iſtis gladiis, quos inſignia Saxonica exhibent, dignitatem Electoralem ſignificari i). Neque eorum admittenda ſententia, qui ex duobus iſtis gladiis alterum Archimareſchallatum, alterum Electoralem denotare dignitatem falſo ſibi perſuadent k.) Quorum error vel ex eo conuelli poteſt, quod in Comitum de Pappenheim, quippe qui Potentiſſimi Saxoniae Electoris, non qua Electoris ſed qua Archimareſchalli vicarii ſunt, inſignibus duo itidem gladii in decusſim traiecti compareant l), manifeſto indicio duos iſtos gladios Archimareſchallatus inſignia eſſe. m).

§. III.

---

g) vid. ſupr. Sect. praec. §. *XXX.*

h) Conf. *VVAGENSEIL.* loc. cit. ibi: *Sie (die Churfürſtl. Marſchaelle) tragen bey der Kayſerl. VVahl ein iedweder ein vergoldetes Schwerd in der Scheiden mit der Spitze in die Höhe gewendet ſeinem Herrn vor.* Eadem quoque eſt conditio Romanorum Regis quoad Imperator ſuperſtes eſt, nam nec is gladius euaginatus conſpicitur, qui huic praefertur *VVAGENSEIL.* l. c.

i) Quam ſententiam tuetur ALBINVS *chron. Miſn.* Tit. XVI. p. 217. itemque *im Stamm-Buch des Hauſſes Sachſen* p. 207.

k) Vid. LIMNAEVS loc. cit.

l) *Philipp. Iacob.* SPENER *in opere Heraldico* Lib. III. c. XXVIII. p. 683. Duos autem iſtos gladios inter inſignia Vicemareſchalli a Carolo V. an. 1555. in comitiis Auguſtanis eſſe relatos teſtatur *HVNDIVS* im *Bayeriſch. Stamm-Baum* Tom. I. p. 160. Horum inſignium vſus, qui initio, docente HVNDIO l. c. ad ſeniorem tantum familiae ſpectabat, ex deciſione *Augusti* Sax. Electoris Vicemareſchallo cum omnibus agnatis communis eſt. vid. Sect. praec. §. *XXVIII.* lit. c.

m) conf. *SPENER. Prolegom. p. ſpec. op. Herald.* §. XXXIV. p. 24. HOEPPING. de *inſignib.* P. IV. cap. VI. §. II. n. 612. p. 330. *VVAGENSEIL.* loc. cit. §. *XXXVII.* p. 84.

Digitized by Google

§. III.

De Archimareſchalli iuriſdictione militari.

Vt vero Archimareſchalli officium partim militiam, partim Comitia reſpicit a); ita eius quoque iurisdictio in duas abit ſpecies, quarum altera in ſolennioribus expeditionibus bellicis, quibus Imperator vel Rex Romanorum intereſt b), altera in Comitiis exercetur. Cum autem hodie, mutata valde rerum facie in noſtro Imperio, officium Archimareſchalli militare in vſum venire non ſoleat, hinc conſequitur jurisdictionis quoque militaris nullum eſſe vſum. Nam longo iam ahhinc aeuo *General-Reichs-Feld-Marſchalle*, non contradicente Saxoniae Electore, creati, qui tamen ideo iure ſuo excidiſſe haud cenſendus, cum vel tituli vſus praeſcriptionem quamlibet impediat c).

§. IV.

De altera iurisdict. Archimareſchallo competentis.

Progredimur ad alteram iurisdictionis Archimareſchallo competentis ſpeciem. Qua de paullo latius diſſerendi locus erit,

I

a) vid. Sect. I. §. *XXVI.*

b) Archimareſchallum ſub eiusque auſpiciis Vicemareſchallum in expeditionibus Imperii bellicis iurisdictionem olim exercuiſſe ex antiquiſſimo quodam libello, in quo Archimareſchalli munia recenſentur, videre licet, ibi: *alle Verbrechen in dem Heer ſtraffet der Unter-Marſchalk und haelt die Gefaenglichen in ſeiner Gewalt von des Churfürſten von Sachſen wegen* it. *einige Nachrichter ſoll der Unter-Marſchalk halten in den Heer* conf. FABRI *Staats-Cantzley* Tom. LV. p. 688. & Dn. MOSER. *Reichs-Fam.* Tom. V. p. 211. add. §. ſeq. lit. b.

c) conf. *Europaeiſch. Herold* Tom. I. p. 250. *Seit Maximiliani I. Zeiten ſcheinets, ob habe die Kriegs Verfaſſung eine andere Geſtalt gewonnen, dann ſeit der Zeit haben ſich wenig caſus ereignet, daß Chur-Sachſen ſein oberſtes Feld-Marſchall-Ambt exerciret haette, zumahlen da heute zu Tage die hohe Generalitaet von dem Reich erwehlet und beſtellet und dem Kayſer approbiret wird* (vid. Sect. I §. V. lit a.) *jedoch kan dieſes Chur-Sachſen an ſeinem habenden Recht nicht praeiudiciren* add. *Frid. Lud.* N. D. de *BERGER animaduerſ.* ad COCCEI *prud. iur. public.* cap. XIV. §. *XIV.* p. m. 215.

Digitized by Google

ſpecie, quam in Comitiis exercet.

erit eo, quod eam Potentiſſimus Saxoniae Elector, quippe Archimareſchallus, per Vicarium ſuum Comitem de Pappenheim tam in vniuerſalibus quam particularibus electionis ſcilicet atque inaugurationis Imperat. comitiis hodienum exercet. At enim iam olim huius iurisdictionis exercitium ad Vicemareſchallum ſpectaſſe teſtis eſt *Sixtus* SOMMERVS a) Vicemareſchalli de Pappenheim quondam ſubſtitutus, cuius hac in re teſtimonium omni fide digniſſimum, cum quod omnia, quae de Vicemareſchalli officio memoriae prodidit, ex longa hauſit experientia, tum quod vſus ordinationesque comitiorum vulgo *die Reichs- und Wahl-Tags-Ordnungen* b) ei ſuffra-

